



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Capvt Nonvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

habemus, Quoniam expectabant Dei patientia, D. August. epist. 99. legisse, Quando expectabat patientia Dei: cui lectioni non repugnat Græca sententia, quæ sic habet: *ὄρα ἀπεχθεροῦ ἔσθ' ἡ μακροθυμία*, potestque transferri, Expectabat, vel, Expectabatur Dei patientia, cum ἀπεθεροῦ sit in voce media, quæ utranque significationem habet. Quare iuxta lectionem Augustini sensus est illis centum annis premiffa diluuij comminatione expectasse Dei patientiam penitentiam mortalium, & conuersionem, ut ne diluuius orbem delere cogeretur In eandem sententiam, D. Chryl. hom. 25. super Gen. obseruauit, quod idcirco Deus non de repente orbem diluuij aquis obruerit, sed quadraginta dies, & quadraginta noctes aquas, subinde succrescere voluerit, cum vno momento orbem diluuius perdere potuisset. Facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Quod quadraginta diebus, inquit Chryl. & quod quadraginta noctibus inditum est diluuium, & istud ipsum bonitatis maximum specimen est: volebat enim propter magnam misericordiam etiam aliquos ex eis castigatos generale hanc interuersionem effugere, cū ante oculos, viderent proximos suos perire, & innumeris sibi communi demeritis: verisimile enim est primo die bonū aliquam partem diluuii perisse, & secundo die accrescisse aliquid diluuii, & similiter die tertio, & quarto, & reliquis, atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, ut omnem defensionis prætextum adimeret: nam si voluisset, ac imperasset, potuisset annis vno momento perdere diluuius, sed pro sua misericordia tanta dierum productione usus est. Mitto innumera Prophetarum vaticinia, quibus Deus Hebræorum populo ventura mala multo ante prædixit, ut videre est apud Hieremiam, Ezechielem, exterōsque omnes Diuinos vates, quos tanquam aquilas volantes per medium cæli emittebat, ut voce magna clamantes: *Vae, vae, vae habitantibus in terra, peccatorum animos portetere tēt, & antequam adueniret tempus supplicij definitum, ad penitentiam incitarent.*

Gen. 7. 12.  
D. Chryl.

ARGVMENTVM.

Persequitur Ioannes tertiam huius operis visionem. Cūque superiori capite ex septem illis Angelis, quos cum tubis in cælo conspexerat quatuor tantum explicauerit, per se deinceps tres alios explicare, eorūque visionem commemorat tribus capitibus sequentibus. Hoc vero caput quinti, & sexti Angeli narrationem complectitur.

CAPVT NONVM.



Quintus Angelus tuba cecinit: & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aer de fumo putei: & de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpionis terræ: & præceptum est illis, ne læderent scænum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Et datum est illis, ne occiderent eos: sed ut cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, & cruciatus scorpionis, cum percussit ho-

minem. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquam coronæ sicut milites auræ: & facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum sicut dentes leonum erant: & habebant loricas sicut loricas ferreas, & sonus alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum: & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant seper se regem Angelum abyssus, cui nomen Hebraicè Adabdon, Græcè autem Apollyon, Latine habens nomen Exterminans. Væ vnum abiit, & ecce veniunt: adhuc duo væ post hæc. Et sextus Angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum: ut occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus, vicies milies dena millia. Et audiui numerum eorum. Et ita vidi equos in visione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & de fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, & in his nocent. Et ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent Dæmonia, & simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

COM

# COMMENTARIUM SECUNDVM EXEGETICVM.

De Tertia visione Ioannis.

Visio imaginaria quinti Angeli describitur.

## SECTIO PRIM A.

**P** R I M U M igitur tuba canente quinto Angelo vidit Ioannes stellam cecidisse de caelo in terram, cui Angelo, siue etiam stellæ (ad vtrumque enim referri potest nomen Græcum *ἀστὴρ* data est clauis putei abyssi: verum ad stellam referendum esse ex nostra interpretatione constabit. Secundò aperuit huiusmodi stella puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, id est, densus, & obscurus: & obscuratus est sol, & aer. Tertio de fumo putei exierunt locustæ in terram, quibus data est potestas similis potestati scorpionum: præceptumque est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omnem arborem, sed tantum homines, qui non haberent signum Dei in frontibus suis: quos tamen non occiderent, sed tantum cruciarent mensibus quinque: diciturque eorum hominū cruciatus similis cruciatus scorpionij, cum hominem percutit, id est, crudelis, venenatus, & furtiuus: quamobrem homines mortem optabunt, quæ ab eis tamen fugiet. Quarto similitudo locustarum erat horrida simul, & admirabilis: etenim similes erant equis paratis ad prælium: gestabant super capita tanquam coronas auro similes, habebant facies hominum, dentes leonum, capillos mulierum, caudas scorpionum, & in caudis aculeos, loricas veluti ferreas: vox alarum erat sicut vox curuum equorum multorum currentium ad prælium cum potestate nocendi hominibus mensibus quinque: denique habebant super se regem Angelum abyssi, cui nomē Hebraicè Abaddon, Græcè Apollyon, Latinè exterminans. Nomen Hebraicè interpretatus est Ioannes Græcè: (idem enim est Græcè Apollyon, quod Hebraicè Abaddon) quoniam Græcis scribebat: quam eandem ob causam vulgatus interpretatus cum Latinis agens Græcam vocè Apollyon Latinè fuit interpretatus Exterminans: sic enim sæpe solent sacri interpretes, veluti Genes. 35. Vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei, Pater vero appellauit eum Benjamin, id est, filius dextra. Et Exodi. 12. Est enim Phasè, id est, transitus Domini. Hæc sunt, quæ in quinto Angelo Ioannes commemorat, quæ iam sigillatim explicanda sunt: nam sexti Angeli visionem, quæ hoc etiam capite comprehenditur, ad sequens commentarium referuamus.

Quinti Angeli tuba canentis, & stellæ, quæ de caelo cecidit, putei abyssi, & locustarum literalis expositio. Et primum quorundam opinio de Vandalica persecutione commemoratur, & reiicitur.

## SECTIO II.

**I** V X T A ea, quæ in superioribus præbilibiora iudicauimus, quintus Angelus quintum prædicatorum ordinem demonstrat. Per stellam verò de caelo cadentem Luciferum cum cõmuni expositione accipiendū putamus, qui initio mundi

I.  
Quintus Angelus qui prædicatorum ordinem demonstrat.

Luciferus stella, quæ de caelo cecidit, dicitur Ioannes.

Cc

tanquam stella de caelo cecidisse dicitur, Esai. 14. *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris*: De Lucifero enim eum locum sub typo Regis Babylonis cōmuni-  
ter Patres interpretantur. Nec refert, quod quispiam posset obicere non videri  
verisimile stellam, de qua modò Ioannes disputat, esse Luciferum, eòd̄ multò an-  
te illud tempus, quo hæc Ioanni ostendebantur, Lucifer de caelo cecidisset, in ipsis  
videbatur mundi incunabulis: ad Ioan. de stella aliqua, quam huius visionis tēpore  
de caelo cadere conspexit, differere videatur. Num, inquam, refert, quoniã Ioan.  
non dicit, *Vidi stellam de caelo cadere in terram*: sed *Vidi stellam de caelo cecidisse in terram*. hoc  
est, *vidi stellam, quæ iam ante de caelo ceciderat*: & ita respondet Cæl. Pannon. & ante illū  
Rup. in comment. huius loci. *Quando, inquit, ille cecidit, nullus hominum erat, qui vide-  
ret præter illum, qui in Evangelio suo loquitur dicens, Luc 10. videbam Satanam sicut fulgur  
de caelo cadentem: qui enim hæc dicit homo Christi, prius erat Deus, quam homo fieret, prius  
quam stella illa, hoc est, Lucifer ille caderet: imò priusquam Angelus, aut creatura aliqua fie-  
ret. Bene ergo non ait, Vidi cadere, sed Vidi cecidisse.* Hæc Rupertus. Adde antiquum il-  
lum casum Luciferi potuisse denud per imaginariam visionem Ioanni repræsen-  
tari, quæ nobis responsio magis probatur. Etenim Ioannes non solum non vidit  
re ipsa cadere Luciferum, sed nec etiam cecidisse: quare cum dicit vidisse se stellã  
de caelo cecidisse in terram, haud dubiè accipiendus videtur de casu stelle imagi-  
nario, quem per visum conspexerit, sicut & reliqua omnia, quæ hoc volumine cō-  
tinentur. Dura autem videtur expositio, quæ affertur, *Vidi stellam cecidisse de caelo in  
terram*, hoc est, *Vidi stellam, quæ antea de caelo in terram ceciderat*: etenim Ioannes non  
se tantum stellam vidisse, sed eius quoque de caelo ruinam planè testatur.

## II.

*Ecclesia per-  
secutio per  
Vandalorum  
Reges.*

Hoc ita constituto fuerunt, qui existimaret sub ista prodigiosa locustarū effigie  
Vandalorum gentē expressam fuisse, prædici que hoc loco à Ioanne persecutionē  
Ecclesiæ per Vandalorū Reges Arianos, datam que illis dici potestare per quinque  
mensium spatium homines cruciandi: quoniam posito cetero tēpore pro incerto  
ea persecutio grauissima perdurauit sub quinque potissimum Vandalorum Regi-  
bus Arianis, videlicet Gunderico, Gêserico, Honorico, seu vt alij Hunerico, Tra-  
simundo, & Gelimero, qui Huldericū, seu vt alij, Childericum Trasimundi filium  
ex captiua Valentiniani Imperatoris filia susceptum Catholicū Regem interfecit  
& iterū Ecclesiæ persecutionem sub Childerico intermissam instaurauit, ac cerri-  
mus Arianæ impietatis propugnator. Hanc opinionem tradunt Petr. Aur. Card. &  
Lyr. in comm. huius loci, & D. Ant. p. 1. Chron. tit. 6. c. 1. §. 7. Et quidem inficiari  
haud possumus acerbã admodum fuisse, & Ecclesiæ luctuosam persecutionē Van-  
dalicam, quam illustrandi huius loci causa breuiter perstringendã duximus. Sciẽ-  
dum est igitur Vandaliam regionē esse Europæ Septentrionalem finitimam Da-  
ciæ, vicinã Germaniæ, primamque Scythiæ partē ita dictã à Vandalo fluuiò, qui  
regionem interfluit, à quo populi Vādali dicti sunt, qui in Hispaniã traiecto Pyre-  
næo penetrantes ea loca occuparunt, quæ sicut sunt circa Beticè quæ modo vulgo  
ab eis Andalusia appellatur. Porro Vandalia imperante Constantino Magno Ge-  
bericus Gothorū Rex inuadēs Vandalos eū Visimare eorū Regē Victos proprijs  
sedibus expulit, qui relicta Vandalia nomine retento inferiore in Pannoniã, quam  
vulgo Hungariã vocant, incolendam à Constantino impetrarunt, vbi per quadra-  
ginta annos Romanis Imperat. parauerunt: deindē in Vandaliam reuersi antiquas  
sedes tenuerūt vsque ad Stiliconis tempora, qui eius gentis habuit principatum.  
Is enim gēte Vandalus, vt auctor est Paul. Oros. lib. 7. cap. 27. à Theodos. iuniore,  
apud quem valebat gratia duorū eius filiorum Arcadij, & Honorij curã suscepit.

*Paul. Oros.*

## III.

Defuncto Theodosio, & paulò post Arcadio successit in imperiū solus Hono-  
rius. Tunc vero Stilicum filium suum Eucherium Christianorum persecutionem

Jam indè à puero meditantem ad imperiale fastigium euehere cupiens Vandalos, Halanos, Sucus, & Burgundiones aduersus Honorium sollicitauit. Itaque eo & auctore, & duce Vandali Galliam omnem inuaserunt: sed eum tamen Honorius superatum simul cum filio interfecit, vt refert Sozom. li. 9. hist. Eccl. c. 4. Post eius mortem Vandali Regem sibi constituere Corsicopè, qui statim in Gallias irruens quicquid inter Alpes, & Pyrenæum est, quod Oceano, Rhenôq; includitur, occupauit, multique Vandalorû furore capti sût Episc. interfecti Presbyteri, Ecclesiæ ditata, Martyrû reliquiæ effossæ, vrbes euersæ. Viguit enim apud Vandalos impietas Ariana: vt namque memoriæ prodidit Theodoret. lib. 4. hist. Eccl. c. 32. Valens Imp. qui cœpit imperare anno Domini 367. post inita cum Gothis fœdera eos ad Arianâ hæresim pertraxit, quod malû inde vsq; ad Vandalos late serpsit. Tandem Corsico Arelatû urbem obsidens, captus ab Arelatensi præside impietatis, & crudelitatis suæ meritis dedit pœnas. Eo mortuo cœpit apud Vandalos secundo loco regnare Fredebalus quidam, quem statim Constantinus patritius dolo captû ad Honorij vincum misit. Fredebaldo successit Gundericus tertius Vandalorû Rex, qui quatuordecim annis regnauit: & cum ipse quoque Ecclesiâ diuexasset, æquissimo Dei iudicio percussus interit. In cuius locû substituitur Rex quartus Gensericus, qui vbi suscepit principatû, traiecto freto Herculeo, siue Gaditano in Africam transiens anno Domini 42. vt affirmat Prosper in Chron. ibi Ariana hæresi infectus fidem Cathol. conatus subuertere, occupatam Carthaginem caede, rapinis, & omni impietate fœdauit: Episcop. & clerum omnem Carthaginensis Ecclesiæ expulit, loca sacra aut suis dedit inhabitanda aut Arianis, cuius scilicet ipse quoq; erat, attribuit. Hipponem etiâ ciuitatè, cuius erat Episcop. D. August. obsedit, ipsôque tempore obsidionis quæ quatuordecim mensibus perdurauit, tertio inquam, obsidionis mense diem obiit Augustin. multo clarissimum Occidentalis Ecclesiæ iubar. Itaque vniuersa Africa vsque ad Æthiopiam sub suam ditionem redacta in Siciliam, & Apuliam reuertitur, indeque Româ veniès et si Leonis Papæ hoc nomine primi rogatu ab igne, & cædibus abstinuit, eam tamen diebustredicim deripiendam militi concessit. Tum egressus ex vrbe Campaniam late populatus, Capua vi expugnata, & ad solum vsq; diruta (quæ causa impulit Paulinû Nolanum Episc. vt in captiui vnus redemptionem semetipsum vltro dederit captiuum in Africâ deferendû, vt referunt D. Aug. eius æqualis lib. 1. de Ciu. c. 10. & D. Greg. lib. 3. Dial. c. 1. Greg. Turon. de gloria cõfess. c. 107. Prosper de vita contemp. c. 9. Vincent. Fort. in vita S. Martini lib. 2. & Valentinus presbyter in vit. Paulini,) obsidit Neapolim: sed eum eam capere non posses, reuertens in Africam vitam finiuit, postquam triginta septem annis regnasset.

Huic successit filius maximus natu Hunericus, seu, vt alij appellant, Honoricus. Is primû cœpit per simulationem mitius cum Catholicis agere, solcite querens Hæreticos Manichæos, quorum plurimos cremari præcepit: sed paulo post Catholicos, quos Homosianos appellabat, acerrime persecutus censuit, vt nullus vel in palatio ageret, vel in exercitu militaret, nisi prius Arianam scctam amplecteretur: quorum ingens numerus militiam abiiciès in fide perstitit, quos omnes fortunis expoliatos in Sardiniam, & Corsicam relegauit. Itaque trecentos Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & alios ad quater mille nongentos sexaginta exilio multasse dicitur. Nec vero exilio tyrannus contentus infinitos propemptodum Catholicos acerbissimis cruciatibus dilaniatos martyrio coronauit, inter quos Thrachensis vrbis ciuibus Arianum Episcopum ferre nolentibus linguas, & dexteram manus amputari præcepit, qui tamen diuinitus, ac si linguas haberent,

Sozom.

Theodoret.

Prosper.

Dial. Augustini.

Gensericus.

Vandalorum.

Rex quartus.

Romam diripi.

Paulinus in.

captiui vnus.

redemptionem se captiuum dat.

D. August.

D. Gregor.

Greg. Turon.

Prosper.

Vincent.

Fort.

Valentinus.

III.



rectè loquebantur: quorum vnus in libidinis peccatum lapsus mox priuatus est dono miraculi, vt refert D. Greg. lib. 3. Dialog. c. 32. quo loco omnes Episcopos appellat. Tandem Hunericus Deo meritis ab eo pœnas deposcente scitens veribus miserè interiit: postquam octo annis imperasset. Principatū excepit Guntabildus, cui successit Trasimundus frater, qui annis viginti sex principatum obtinuit. Trasimundo Helnericus eius filius, quem alij Childericum vocant, ex capriua Valentiniani Imp. filia susceptus, qui non patris Hæretici, sed matris Catholice merita sequens, extitit fidei, ac religionis cultor eximius. Hunc pater morti proximus sacramento obstrinxit, ne vnquam in suo regno Catholicos esse permitteret: sed ille mox, vt pater deceffit è vita, priùs etiam, quam regni iura susceperet, vniuersos Episcopos, quos Trasimundus pater in exilium amandauerat, magno cum honore reuocauit, & Ecclesias instaurari iussit: quam ob causam cū Gelimerus quidam infestissimus Ecclesie hostis interfecit, regnumque sibi usurpauit, quod quinque tantum annis tenuit. Eū enim Bellisarius Iustin. Imp. iussu in Africa contra Vandalos traiciens profligauit, atq; ex fuga ad ditionem reducē argentēa catena vinculum secum abduxit, ac de eo Constantinopoli triumphauit. Sic tandem illa Vandalorum efferata natio simul cum nomine extincta est cirçā annum Domini quingentesimum trigessimū sextū, postquam nonaginta quinque annis Africa à Genserico fuerat occupata: sic enim prædictum fuisse à D. Cypriano, Carthaginem videlicet post 95. annum quo à Vandalis capta fuit, & excisa in potestatem Bellisarii ducis Romani venturā testatur. Euagr. lib. 4. hist. Eccl. c. 16.

*Vandalorum extinctio.*

*Enagrus.*

*Reiicimus opinio putatis per locustas Vandalos esse intelligendos.*

Ecce tibi totam persecutionē Vandalicam breuiter sub aspectum subiecimus, quam citati auctores existimant hoc loco sub locustarum similitudine prænunciari, quorū nobis sententia non probatur: quoniā hanc visionē ad extrema mundi tēpora, aut certè iis proxima pertinere arbitramur cym communiōri sententia. Accedit, quod nec ipsi in visionis explanatione consentiunt: alij enim per stellam de cælo cadentem Gensericum Vandalorum Regem, alij Valentem Imper. accipiunt, eundemque quintum hunc Angelum tuba canentem faciunt nullo nexu, nulla gestarū rerū, nulla consequentium tēporum serie seruata: siquidē quintum hunc Angelum cum præcedentibus nulla probabili ratione connectunt. Præterea duriuiculus est illud quinque mensium spatium, quo tempore locustarū tyrannis, & potestas duratura dicitur, de quinque Vandalorū Regū principatu interpretari: cum non tantum quinque, sed plures Vandalorū principes nefarium aduersus religionem Catholicam bellum susceperint, vt ex iis, quæ paulò ante diximus, manifestum est. Denique multa alia in visione commemorat Ioannes, quæ extortè admodum, & penè per vim ad Vandalicam persecutionem trahuntur.

Communis sententia statuitur, & explicatur.

SECTIO. III.

- I. **H**Ac igitur opinione prætermissa, alij putarunt per hæc locustas accipiendos esse homines barbaros, atque ingenio, & natura præferoces, qui ad extrema mundi tēpora per quinque mensium spatium cruciabunt eos homines, qui non habebunt signum Dei in frontibus suis, vt in contextu dicitur: itaque Diuino iudicio ita disponente infideles, qui Christofidem & religionem suscipere noluerunt, esse horum barbarorum hominum ministerio maximis calamitatibus, & suppliciiis opprimendos. Nos in re difficillimā à communiōri sententia non putamus recedendum: atque ad eò credimus per huiusmodi locustas magnam Hæretici-

adeo credimus per huiusmodi locustas magnam Hæreticorum turbam significari, qui ad extrema mundi tempora magnam faciet stragem fidelium. Quamquam enim una tuba canente tertio Angelo prodigia, quæ consecuta sunt, de Hæreliarchis, & in quarto Hypocritas, & occultos Hæreticos acceperimus, tamen nunc omnem omnino Hæreticorum turbam intelligendam nomine locustarum putamus. Verum enim verò cum præcedentibus temporibus peculiare Hæreliarchæ, peculiareque Hæretici modo in his, modo in illis orbis prouinciis Ecclesiæ pacem turbauerint, extremis tamē temporibus magna simul hæreticorum illuies ubique debacchabitur: unde eo tempore multi Pseudo christi, & Pseudoprophetæ surrecturi à Domino memorantur. Itaque iuxta hanc sententiam, quæ communis est, stellæ illi de celo delapsæ, quam luciferum interpretati sumus, data est clauis putei abyssi, hoc est, inferorum: ex ijs enim quali euocata, atque ex promptæ iure optimo hæreses omnes dicuntur: quoniam hæreticorum doctrina est Demoniorum, ut docet Paulus 1. Tim. 4. *Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis Damoniorum.* Cum verò audis datam Lucifero fuisse clauem putei abyssi, Diuinam permissionē intellige. Aperto puteo ascendit fumus sicut fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei. Fumus errorum caliginem, & obscuritatem designat, quæ Hæreticorum mētes implicat alijs etiā tenebras erroris offundunt. Cum verò fornacis magnæ fumo similis dicitur, fumi eius densitas, & multitudo exprimitur, innumeratque tempore, & crassissimas hæreses futuras prænunciatur, quæ instar fumi fornacis densis: & crebris voluminibus huc illuc prouolutæ, & aeris lucem eripere videbuntur, id est, Christi, & Ecclesiæ: etenim illius Diuinitatem, & splendorem pernegabunt, & huius doctrinæ, veramque religionem, & sanctitatem sua caligine obscurabunt. Christum enim solem appellari iam in superiorum Angelorum interpretatione docuimus: at Ecclesia nunc merito aeri confertur, quippe ut aer à sole, sic ipsa à Christo illustratur. De fumo putei locustæ in terram prodierunt, hoc est, ex errorum, & hæresum caligine, quam Dæmon ijs temporibus inducet, innumeri hæretici tanquam locustæ pullulabunt, quarum potestas scorpionum potestati confertur propter subdolam, fallacem, & maxime perniciosam Hæreticorum naturam, ut postea magis explicabimus. Præceptum est illis, ne læderent scenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Scitum est locustarum propriam esse naturam terræ scenum lædere, depasci virentia, & teneros quosque arborum ramuculos abrodere, iuxta illud Exod. 10. *Ecco ego inducam cras locustam in fines tuas, & corrudet omnia ligna, quæ germinat in agris, & paulo post, Deuorata est igitur herba terræ, & qui quid pomorum in arboribus suis: nihilque omnino vires reliquum est in lignis, & in herbis terræ in cuncta Ægypte.* Vtergo Dominus indicaret nihil absque sua permissione gerendum, interdicitor locustis id, quod ipsis natura insitum videbatur, facta tantum potestate lædendi homines, qui signum Dei in frontibus suis non haberent. Per scenum terræ infirmos adhuc & lactantes in fide accipiunt Pannon. & reliqui, qui nondum possunt ad altiora fidei dogmata penitus inspicenda penetrare, similes illis, quibus ait Apostolus, 1. Cor. 3. *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam; per viuide iam in fide, & virtute proceros, qui instar virentium germinant, erescunt, atque proficiunt: per arbores fortes, ac robustos, qui altius defixi radicebus virtutibus flores, & fructus patientiæ, aliarumque virtutum maximarum ferunt, (cui concinit illud Psalm. 91. *Plantati in domo Domini; in atris domus Dei nostri*) & magna animi fortitudine persecutionum, ac tentationum, ventis resistunt, & tyrannorum impetum*

Hæreticorum locustarum nomine sunt intelligenda.

Hæreses omnes ex inferis ortæ sunt. 1. Tim. 4. 1. Hæreticorum doctrina est Damoniorum.

Extremis temporibus innumere sunt hæreses futuræ.

Hæreticorum fallacia.

Exod. 10. 4. Nihil sine Dei permissione faciunt mali.

Pannonia. 11. Corinth. 3. 2. Fortes in fide arbores dicuntur.

Psalm. 91. 14.





viriliter sustinent. Hos igitur omnes præceptum est locustis ne læderent, quoniã illis temporibus Deus homines fidem cum charitate coniunctã habentes maiori ex parte seruabit ad hæreticorum dolis, ne eorum erroribus, atque superstitione implicentur, siue ex incipientibus sint, siue ex proficiëtibus, siue etiã ex perfectis: quæ tria iustorum genera triplici commemorata similitudine expressã fuisse diximus. At in illos præcipue locustarum vim suam potestatemque exerent, qui non habebunt signũ Dei in frontibus suis, hoc est, qui vel infideles fuerint, vel fideles quidem, sed charitate tamen vacui: cum enim Deus duplici sigillo soleat suos signare, atque distinguere fidei nimirum, & charitatis: duplex quoque est genus non signatorum, vnum infidelium, qui fide caret, alterum fidelium fidem quidem habentium, sed charitatis expertiũ: vtrumque verò genus haud difficile solet à præstigiatoribus corrupti ad fidem Christi, siue antequàm habeatur, irridendã, siue postquam fuerit habita, deserendam. Etenim infideles, cum non possint ad mysteriorum fidei sublimitatem intelligendam aspirare, facile ad quemuis errorem aduersus Christi religionẽ conceptum pertrahuntur: fideles vero charitatis expertes, qui homines voluptuarij esse solent, & carnis illecebris irretiti haud difficile etiam proposita morum licentia, legumque petulantiam, ac libidinem coercentiũ perfractis repagulis ad hæreticam impietatem, & impudentiam incitantur.

Duplici sigillo suos Deus signat fide, & charitate.

III. Sequitur: *Et dictum est illis (id est, locustis) ne occiderent eos, sed ut cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, ut cruciatus scorpionis, cum percutit hominem: & in diebus illis querent homines mortem, & non inuenient eam: cupient mori, & fugiet mors ab eis.* Hæc omnia ad electos pertinere putat Haymo, ita ut quod dicitur, *Ne occiderent eos, sed ut cruciarent mensibus quinque*, de electis accipiendum sit: nec ad homines non signatos, sed ad fœnum, & vitide, & arbores, qua triplici similitudine prædestinatos significatos fuisse diximus, referendum sit: (hos enim prohibentur locustarum interimere spiritali videlicet morte) sed tantũ cruciari conceditur grauissima aduersus eos excitata persecutionis, tentationũque procella: idque mensibus quinque, hoc est, breui tempore, posito tempore certo pro incerto: sic enim hoc quinque mensium spatium intelligendum arbitramur, non verò de toto huius vitæ tempore propter quinque sensuum numerum, vt communiter interpretes sentiunt. Ratio est, quoniam hunc locustarum cruciatum non ad vniuersum Ecclesie tempus à prima videlicet eius fundatione, atque ad finem vsque mundi decursu, sed ad extrema mundi tempora spectare iam initio docuimus. Quod verò subiungitur, *Querent homines mortem, & non inuenient eam, cupient mori, & mors fugiet ab eis*: confusionem illorũ temporum declarat, quam cum sancti, & iusti conspexerint, optabunt potius vitam finite, quàm tantam fidelium stragem, & errorum, atque hæresum colluuiõnem intueri: sed tamen non patietur Deus, vt illi ante tempus à sua ipsius voluntate, & providentia definitum vitam finiant, vt exemplo, atque doctrinã sanctitatem, & veritatem fidei confirment. Quod sequitur de locustarum effigie, cum dicuntur similes equis paratis in prælium, & habere super capita coronas aureo sirqiles, facies hominum, capillos fœminarũ, dentes leonum, loricas ferreas, vocem alarum sicut vocem curuum equorum multorum currentium ad bellum, caudas scorpionum, & in caudis aculeos, ad immanitatem, ac seditiam Hæreticorum explicandam pertinet: vt inferius peculiaribus sectionibus ostendemus. Denique additur: *Et habebant super se Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latine Exterminans*: qua periphrafi Demon ipse exprimitur, qui omnibus reprobis, & potissimũ hæreticis dominatur, habetque officium homines perdendi, atque à

Antichristi persecutio breui tempore durabit.

caelesti regno exterminandi. Puto autem per huiusmodi malum Angelum vel ipsum Luciferum, qui initio per stellam cadentem è caelo fuit adumbratus, & cui data est clavis putei abyssi, accipiendum esse, vel alium aliquem Angelum ex maioribus, cui id munus incitandi Hæreticos à Lucifero præcipue demandetur, præter innumeros alios demones, qui tanquam omnis impietatis administri hæreticorum furorem aduersus Ecclesiam Stygiis facibus omni ubique gentium contentione inflammabunt. Atque hæc vniuersè de quinti Angeli tuba, & admirando, atque terrifico locustarum prodigio dicta sufficiant, quæ sigillatim, ac minutius sequentibus sectionibus concidenda sunt.

Meritò per puteum abyssi hæreticorum impietatem adumbrati.

SECTIO IV.

**C**ommemorauit Ioannes quinto Angelo tuba canente stellam illi de caelo cadenti, quæ Lucife. s. cum communiore sententia interpretati sumus, datam fuisse clauem putei abyssi, hoc est, ex diuina permissione potestatem ad hæresum colluuiè extremis temporibus in lucem, & publicè proferendam, & per omnes orbis provincias late disseminandam: postulat nunc doctrinæ ratio, ut doceamus, cur Hæresis ex abyssò quasi puteo expropta memoretur. Ratio verò ea est potissima, quonià omnis impietas, & hæretica potissimè à demone ortù habet, atque adeo merito ex abyssò, hoc est, ex inferno profecta dicitur, quonià inde omnes hæreses quasi ex aquis Stygiis hausæ fuerunt. Nā quod abyssus pro inferno accipiat, illud demonstrat, quod Luc. 8. Demones Christum rogarunt, ut ne illis imperaret, ut irent in abyssum: id verò ex eo ortù quod abyssus ex vi verbi magnam quandam profunditatem significat, etonim *Κυρτός*, Græcè, & Ionicè *Κυρτός* fundum sonat, vnde *abyssus* apud *Ευροπος* quasi sine fundo. Merito itaque omnis hæresis ex abyssò, hoc est, ab inferis ortum habere dicitur: quam eandem ob causam Paulus hæreses appellat doctrinas demoniorum 1. Tim. 4. Spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum.

Porro sciendum ex Origene homil. 12. super Num. puteum propter profunditatem symbolum esse reconditæ sapientiæ, quia nimirum aquæ doctrinæ abstrusæ admodum sunt, & altè cum labore effodiendæ. Vnde de humana doctrina ibidem intelligit illud Ioann. 4. dictum ad Samaritanam de putei illius aqua, *Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.* Et propter laborem, quo accipitur, plerique volunt dictum à Samaritana: *Puteus altus est:* Verùm humanis disciplinis prætermittis caelestis ac diuinæ sapientiæ difficultatem eleganter expendit. Cyrillus Alexand. lib. 11. in Genes. in eo, quod Iacob Rachelem prope puteum grandi lapide obstructum inuenit, solusque lapidem amouens gregem ei ad aquam eiecit, ut referatur Genes. 29. Solent, inquit, sæpenumerò scripturæ diuinæ scientians aquæ similem describere: sed magna ipsa in profunditate quasi in puteo iacet, ac sine magno labore hauriri non potest, cum obscuritas veluti lapis grauissimus ostium putei cooperiat. Hunc lapidem pastores Gentilium, hoc est, eorum sapientes, eloquentesque viri amouere nequeunt, quia veritatem sincere cognoscere non possunt. Vnus tamen quilibet è Christi pastoribus veluti alter Iacob eiusmodi lapidem, hoc est, diuinæ sapientiæ obscuritatem, quamuis grauis, immobilisque habeatur, generosè amouet, & veritatem nudam, dilucidamque gentibus explicat, ut cerneret licet in Paul. Apost. Act. 17. qui cum Athenas venisset, & eloquentibus illis viris Atheniensibus aquam dare bibendam decreuisset. Viri, inquit, Act. 17.

Athenienses per omnia quasi superstitiosiores vos video. Præteriens enim, & videns simulachra vestra inueni & aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Itaque etiam pastores populi erant, ac magistri, lapidem illum, cum magni esset ponderis, ex putei ostio amouere non poterant, quem tamen Paulus amouit, & viuificam sapientiæ cælestis aquam illis bibendam propinauit, omnemque illum gregem adaquauit. De eadem cælesti doctrina dicitur Cant. 4. *Fons hortorum, puteus, aquarum viuicium, quæ fluunt impetu de Libano*: vbi cernis cælestem sapientiam & fonti, & puteo comparari: quoniam vt interpretatur D. Ambr. lib. de Isaac, & anima cap. 4. si mysteriorum altitudinem persequeris, puteus tibi videtur, & tanquam in profundo sita mystica sapientia: si verò haurire velis affluentiam charitatis, quæ maior, & vberior est, quam fides, & spes, tunc tibi fons est. Exuberat enim charitas, vt & haurire eam cominus, & rigare eius affluentia hortum tuum possis spiritualibus fructibus redundantem.

Cant. 4. 15.

D. Ambr.

III.  
Beda.Euangelica  
doctrina hu-  
mana elo-  
quentia lon-  
gè antecellit.

Hier. 2. 13.

Vberius eundem locum exposuit Beda in comment. suis super Canticum: vbi in primis obseruauit doctrinam cælestem puteum esse propter difficultatem, quia veluti puteus non omnibus patet, sed præterea non solum puteum, sed puteum aquarum viuicium appellari, quia de perennibus Diuinæ gratiæ fontibus manat: aquæ enim viuæ illæ nuncupari solent, quæ de vena aliqua perenniter scaturiunt: id quod ait dictum esse ad distinctionem illarum aquarum, quæ vel copia pluuiarum in cisternis, aut stagnis colliguntur, vel solutione niuium in torrentibus magno ad tempus impetu labuntur, sed sole oriente citò dispereunt, quibus merito breuis, ac tumida iactantia mundanæ sapientiæ cõfertur, quæ infinita sapientia, ac profunda eloquentiæ, & eruditionis videtur flumina fundere, sed ea mox, vbi sol iustitiæ, & veritas Euangelicæ claritatis illuxerit, quasi nunquam fuerint, arefcunt, iuxta illud Hier. 2. *Me dereliquerunt fonte aqua viua, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas*. Deinde etiam obseruauit non sine mysterio addidisse sponsum, *Quæ fluunt impetu de Libano*, vt non solum descensum ad nos viuicium designaret aquarum, sed & virtutem venientium insuperabilem esse demonstraret: sicut enim decurrentia de altissimo monte flumina nemo retinere, aut cohibere potest, ita flumens doctrinæ Apostolicæ, quia de cælesti vena procedebat, & diuinitus urgebatur, vt curreret, nullo resistenti potestati valuit certamine superari: & à suo tramite deflecti.

IV.

Origenes.  
Eucherius.  
Gen. 26.Sacram do-  
ctinam frus-  
tra Heretici  
conantur in-  
quinae.

Gen. 24.

Gen. 29.

Exod. 2.

D. Hieron.

In eandem sententiam Orig. hom. 17. super Gen. & Eucher. lib. 2. in Genes. cap. 51. interpretatur illud Genes. 26. vbi dicitur Philisthæos inuidentes Isaac propter opum affluentiam obstruxisse omnes puteos, quos foderant serui patris illius Abraham, quos Isaac rursus aperuit. Etenim Diuinæ sapientiæ puteos conantur Heretici obstruere, & inquinare, ne salutares doctrinæ aquæ inde hauriantur: quos tamen Christus per pueros suos iterum purgat, & aperit, & aquam viuam omnibus hauriendam proponit, quantumcunque rixentur Philisthæi, id est, Heretici. Aduertit etiam Orig. non sine mysterio Patriarchas iuxta puteos sibi uxores inuenire: etenim puer Abraham iuxta puteum inuenit Rebekcam Isaac desponsandam, Gen. 24. Iacob Rachelem, Gen. 29. & Moyses Sephoram, Exod. 2. quia virtutes, cum quibus desponsatur iusti anima, non nisi apud puteos cælestis doctrinæ inuenire possunt. Quamuis D. Hieronym. in epistola ad Oceanum velit illud fuisse typum baptismi. Illud addiderim significari præterea sapientiæ coniugem non nisi prope puteos, id est, cum labore inueniri.

V.

Esai 12. 2.

Fontes verò istos, siue puteos cælestibus aquis scaturigentes, qui aperiendi sunt, explicauit nobis Esai. 12. loquens ad litteram de Christo: *Fortitudo mea, & salus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, Haurietis aquam in gaudio de fontibus saluatorum*

natoris. Quo loco transferri potest, *De visceribus saluatoris*. Etenim vox *py* quæ fontem significat, scribitur etiam per *D* in principio, & Chaldaicè significat viscera: unde locus ille Psal. 86. *Sicut latantium omnium habitatio est in te*, pro quo D. Hieron. iuxta veritatem Hebraicam transtulit: *Et cantores quasi in choris, omnes fontes mei in te*, potest etiam transferri. *Omnia viscera mea in te*. Id quod (ut hoc obiter dicamus) ad maximam beatissimæ Virginis laudem spectat, quæ vique aded pulehra, & Deo fuit accepta, ut omnes gratiarum fontes, & ipsa etiam Dei viscera in eam per amorem transfusa fuisset videatur. Nec verò illud prætereundum verba illa iuxta Hebraicam veritatem: *Cantores quasi in choris*: mirificā quandā Virginis laudem indicare, nimirum virtutes omnes sanctissimæ eius menti infusas sibi de tanta inter se conjunctione, & confessione gratulantes, nihilque sibi ab hostilibus incurfionibus metuentes, (ut in cæteris sanctis) quasi depositis armis per choros tributas quodammodò præana cantantes Dei laudes suavissimo concentu, & exultatione celebrasse: quod magis adhuc sonat nostra eiusdè loci translatio: *Sicut latantium omnium habitatio est in te*: quod de Virgine intelligens Ecclesia subiunxit: *Sanctæ Dei genitricis*. Cui mirificè concinit illud Cant. o. *Quid videbim in S unamite* (seu, ut potius legendū est in *sulamite*, id est, Hierosolymitana à Salem, quod nomen fuit antiquū Hierosolymæ) *nisi choros castrorum*? quid enim choris cum castris, nisi quia virtutes, quæ in alijs Sanctis propter hostium metū semper erant in acie expeditæ: in Virgine propter securitatem castra in choros vertentes mirum in modum latabantur. Sed ut ad locū Elaiæ, unde digressi fuimus, revertamur, per fontes saluatoris possumus nō modò sacramenta, ut cōmuniter volūt interpretes, sed vulnera etiā Christi intelligere: siquidem potest idem locus transferri *De visceribus saluatoris*: quæ nobis per eius vulnera patuerunt: ex iis enim perfecta Diuinæ bonitatis, potentia, & sapientiæ cognitio, & salus ipsa ab omnibus hauritur, quæ mad modum intellexit D. Ambr. in Pl. 37. super illa verba: *Miser factus sum, & curuatus sum usq; in finem*. *Nō tates*, inquit, *mortis de vulnere eius, sed fōs vitæ scaturiuit, ut scriptura nos edocet: Et saliet aqua cū delectatione de fontib; saluar. Exiit enim de vulnere aqua, ut nos biberemus salutem.*  
 E contrario omnis in vniuersum Hæretica doctrina, quæ hoc loco describitur, nō simpliciter puteo, sed puteo abyssi comparatur: quoniam ex ipsa abyssō, id est, inferni aquis hauritur: quam etiam ob causam puteis illis bituminis, qui in mari mortuo effossi sunt, similis dicitur. Sic enim Orig. hom. 12. super Num. de Hæreticorum aquis mortiferis exponit illud, quod dicitur Gen. 14. *vallem quandam syluestrem habuisse puteos multos bituminis: quæ vallis illa fuit in qua Pentapolis Sodomorum à Deo fuit euersa, post cuius subuersionem facta est ea vallis mare salum, quod alio nomine appellatur mare mortuum*. Docet igitur Orig. omnem hæresim in valle esse: quia omnis iniquitas non sursum fertur, sed semper ad inferna descendit: esse etiam salum, atque amarum omnem Hæreticum, quia nihil dulce, nihil suauis potest habere peccatum. Præterea, inquit, si veneris ad Hæreticam sententiam, venisti ad puteos bituminis. Est enim bitumen esca, & nutrimentum ignis: quare si de istis puteis aquam gustaueris, fomenta in te ignis, & gehennæ incendia lascitabis, Hanc putei, & iniquitatis profuuditatem timens Regius vates, dixit Psal. 68. *Non me demergas tempestas aqua, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum*. Quamquam enim Christum hoc loco loquentem, petentemque à Patre festinam resurrectionem communiter cum D. Hieron. faciant interpretes: omnes tamen iusti eundem sermonem possunt vsurpare, petentemque à Deo, ut à profundo iniquitatis puteo liberetur: quo loco tria mala, & incommoda grauissima à se deprecatur homo iustus: vnū est, ut ne cum de-

Psal. 16. 7.  
 D. Hieron.  
 Deipara  
 laus.

Cant. 7. 5.

Vulnera  
 Christi, fontes  
 salinis.  
 D. Ambros.  
 Psal. 37. 7.

V.  
 Hæreticorum  
 doctrina ex  
 inferis haurita.  
 Origen.  
 Gen. 14.

Psal. 68. 16.

Interpretes

Remigius.

mergat tempestas aqua: alterum, ne absorbeatur à profundo: tertium, ne claudat super eum puteus os suum, quod duo præcedentia grauitate longè superat. Ea uero sic expendit Remigius: *Non me demergat tempestus aqua*, ut consentiã, vel blanditiis adulantium, vel nimis apertè furentium: quod si quando consentiam, *Non absorbas me profundum*, id est, non perueniam ad actum cum iis, qui in profunditate peccatorum conuersantur: denique si ad actum peruenero, *Non urgeat super me puteus os suum*, id est, non claudatur super me profunditas iniquitatis: clauditur autem in profunditate iniquitatis, qui post perpetratiõnem non facit confessionem, sed parat peccati defensionem. Quem eundem sensum uerius persequitur D. Aug. in Comment. eius loci. *Magnus*, inquit, est puteus profunditas iniquitatis, sed tamen ibi positus, si confiteretur peccata sua, non super eum claudit puteus os suum. Vnde Dauid quasi in puteum delapsus dicebat: *De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi uocem meam*, Ps. 129. *Si autem factum fuerit in illo quod dicitur, Prou. 18. Impius, cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit: clausit super eum puteus os suum.* Itaque si uideris hominem fecisse iniquitatem,mersum est in puteum: quando autem illi dixerimus iniquitatem ipsius, & responderit: *Peccavi, fateor: non super eum clausit puteus os suum.* Si autem dixerit: *Quid enim mali feci: clausit super eum puteus os suum: qua eruat non habet: etenim amissa confessione non est locus misericordie: tu factus es peccati sui defensor, quomodo erit Deus liberator? ut ergo ille sit liberator, tu esto accusator.* Hæc Aug. Quoniam igitur uniuersa hæresis dicit summam quandam iniquitatis profunditatem, rectè per abyssi puteum fuit expressa.

Quid fumus putei abyssi significet.

*Et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei.*

SECTIO V.

I. **A**perto abyssi puteo, id est, hæretico errore publicatio, ut exposuimus, commemorat Ioannes ascendisse fumum quasi ex fornace magna, obscuratumque fuisse solem, & aerem propter fumi illius caliginem, & densitatem: quo nihil aliud exprimitur, quam hæresum disseminatio, quæ caliginem, ac tenebras solli, id est, Christo, cuius uel Diuinitatis splendorem, uel humanæ naturæ ueritatem, uel gratiæ nitorem, necessitatèque inficiabantur, & aëri, id est Ecclesiæ, quæ sicut aër à Sole, ita ipsa à Christo illustratur, in multis orbis partibus offuderunt.

Cognitio  
quæ de Deo  
habent he-  
mines in hac  
uita fumus  
dicitur quia  
obscura.  
Esa 6. 3.  
Iudæorum  
cecitas.  
D. Hieron.

II. Quæ ut illustriora fiant, sciendum est fumum in sacris literis variè usurpari. Primum enim sumitur pro ipsa Dei cognitione, quæ in hac uita haberi potest: quæ quoniam obscura est, fumo comparatur, ueluti Esaï 6. ubi postquam Propheta uisionem Dei sedentis in throno excelfo, & eleuato, & Seraphim stantium famulatum, & ter clamantium *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus exercituum, plena est omni terra gloria eius*, commemorasset, subiungit; *Et commota sunt superluminaria cardinum à uoce clamantis, & domus repleta est fumo.* Scio hunc fumum ad litteram significare cæcitatem Iudæorum post passionem Christi, ut interpretatur D. Hier. Clamantibus, inquit, Seraphim, & in tota terra Trinitatis mysterium prædicantibus, quando post passionem Saluatoris mysteriũ Trinitatis terra uniuersa cognouit, statim commotum est, siue sublatum (ut habent Septuaginta) superluminare templi, & omnes illius cardines conciderunt. Et paulò post: Quam pulcher ordo rerum? postquam repleta est terra gloria Domini Sabaoth, Iudæorum templum impletum est ignorantia tenebris, caligine, & fumo, qui noxius est oculis. Eodè modo loco intelligit Cyrill. Alex. quamuis uterque subiungat posse etiam per fumum templi significari incendium: quam sententiam secutus est Theodoretus.

Cyri. Alex.  
Theod.

Sed

Sed non dubium, quin etiam eo fumo fuerit adumbrata obscuritas cognitionis, quam in hac vita assequi possumus de Deo, & præcipuè de mysterio Trinitatis, quod Seraphim tera illa sanctitatis acclamatione promebant: imò eiusdem incomprehensibilitas, propter quam vel ipsis beatis, Seraphicisque spiritibus Dei gloria in domo repleta fumo apparet: eandem ob causam fumo dicitur *Psal. 17. Ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum: & posuit tenebras latibulum suum. Ascendit super Cherubim* (inquit Augustinus) id est, exaltatus est super plenitudinem scientia, (id enim sonat nomen Cherubim) ut nemo ad eum peruenire nisi per charitatem possit: posuit etiam tenebras latibulum suum, eo quod eius natura, ut exponit Theodoretus, perfectè intelligi nequeat. Diuus Hieronymus retulit ad mysterium incarnationis, quem secutus est Mag. Sentent. in comment. eiusdem loci: quoniam videlicet *Latibulum suum*, id est, secretum maiestatis suæ, quæ nube carnis tegebatur, *posuit tenebras*, id est, profundum, & obscurum effecit.

*Psal. 17. 11.*  
*D. August.*  
*Theodoret.*  
*D. Hieronym.*  
*Mag. Sent.*

Deinde sumitur fumus pro mentis cæcitate, & caligine, qua peccatorum mentes inuoluuntur, vnde sub nomine Ceti, siue Leviathan de Dæmone dicitur *Iob 41. De naribus eius procedit fumus sicut olla succensa, atque feruentis: halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* In quem locum D. Greg. lib. 35. Mor. c. 38. *Quasi flammæ inquit, narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amire vita temporalis æstus congerit multiplicium cogitationum, & velut fumus globos multiplicat: quia inanisimas præsentis vitæ curas in terrenorum hominum mente coacervat: quem fumum pattebat Prophecia cum dixit *Psal. 6. Turbatus est à furore oculus meus.* Et *Psalm 37. Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Fumus quippe iste obtundit aciem cordis, quia caliginis suæ nubiolo serenitatem intimam quietem turbat.* Non est prætereundum, quod sequitur, *Halitus eius prunas ardere facit*, quia, ut exponit idem Greg. Dæmon quasi sufflator iniquæ suggestionis afflatu iniquorum mentes igne praui desiderij inflammat, iuxta illud *Esai. 54. 16. Ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum.* Quo loco duo obseruanda sunt: vnū est non dictū esse *sufflantem prunas*, sed *sufflantem in igne prunas*, quia Dæmon eò præcipuè spectat, ut hominē iam à sua ipsius concupiscentia ignitum, & in eo potissimū vitio, ad quod natura est procliuus, suggestionis suæ flatu magis inflammet. Alterum verbis illis, quæ sequuntur, *Proferentem vas in opus suum*, indicari huiusmodi fabrum nihil aliud proferre de officina malæ voluntatis, nisi lebetes, id est, peccatores scelerum fæditate nigerrimos, aptos ad opus suum, id est, vilia peccati ministeria: quos tamen Deus gratia sua sapissimè conuertit in phialas aureas iuxta illud *Zac. 12. 20. Post fluxa carnis scandala fit ex lebeete phiala: de vasa contumelia in vas translata gloria.**

**III.**  
*Peccatorum mentes caligine inuoluuntur.*  
*Iob. 3.*  
*D. Gregor.*  
*Psal. 6. 8.*  
*Psal. 37. 12.*  
*Esai. 54. 16.*  
*Zach. 12. 20.*

Sed vt ad fumū reuertamur, eodem sensu D. Hier. in epist. ad Algaiā, p. 2. exponit illud *Esai. 42. Calamum quasatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Quod *Matt. citauit c. 12. Iesus*, inquit, curauit eos omnes, & præcepit eis, ne manifestum eis facerent: vt adimpleretur quod dictum est per *Isaiam Prophetam dicentem, Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinem quasatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Cuius loci duplex est expolitio, vna communis, explicari videlicet his duobus veluti prouerbis mansuetudinē Christi, quoq; sensu assertur à *Matthæo*, cum agit de his, qui à Christo curabantur, & exponitur ab *Eusebio Cæsar. lib. 9. Demonstrationis Euang. capite 15. Infirmos*, inquit, & debiles corroborauit, morbo affectos non perdidit, sed curauit, & perturbationibus animi inquinatos, prauisque cupidita-

**III.**  
*Esai. 42. 3.*  
*Matth. 12. 15.*  
*Euseb. Cæs. lib. 9. Demonstrat. Euang. capite 15.*

Populus Iudaicus calamus fractus, Gentilis linum fumigans appellatur.

D. Hieron. Osee 13. Hereticorum cecitas.

tibus, & affectibus fumigantes non pessundedit, sed sanauit. Altera D. Hieronymi intelligētis nomine calami quassati populum Iudaicum, nomine, verò lini fumigantis Gentilem hoc sensu. Calamus, inquit, fructus, qui fuit antea vocalis, & laudes Domini cōcinebat appellandus est Israël: qui quoniam impedit in angularem lapidem, imò cecidit super eum lapis, fractus est, cui qui inniti voluerit, pertundet manus illius: qui enim post aduētum Domini Euangelicæ doctrinæ spiritum derelinquens in Iudaicæ literæ morte requiescit, istius cuncta opéra vulneratur. Linum quoque fumigans non extinguet, populum videlicet de Gentibus cōgregatum, qui extincto legis naturalis ardore fumi amarissimi, & qui noxius o culis est, tenebrosæque caliginis inuoluebatur erroribus. Vbi vides fumum pro cecitate vsurpati. Ex his iam perspicuum relinquitur, cur hæretica doctrina in fumo putei abyssi expressa à Ioanne fuerit propter caliginem, ac tenebras, quas multis in partibus hominum mentibus offudit. Sic enim D. Hieron. de Hæreticis interpretatur illud apud Oseam 13. *Erunt quasi nubes marina, & sicut ros marinus præteriens, sicut pulu turbine aptus ex area, & sicut fumus de fumaris.* Quo loco tamē illæ similitudines breuitatem, & celeritatem significant, qua impiorum felicitates citò prætereunt, vt idem Hieron. exponit, tamen etiam fumus de fumaris tenebras, & caliginem declarat, qua ex cæcati Hæretici veritatis lucem inueniri non possunt. Rectè etiam fumo de fumaris comparantur, quia ex Stygio camino Hæretici egrediuntur. Aduerte autem pro eo, quod nos habemus, *sicut fumus de fumaris*, haberi apud Septuaginta, *sicut fumus de locustis*, quod magis adhuc ad nostrum institutum facit: ea verò translationis varietas ex diuersitate punctorum Hebræorum orta est, vt auctor est D. Hieronymus.

Cur locustæ hoc loco Hæreticos significant.

SECTIO VI.

I. VT melius appareat, cur Hæretici locustarū nomine à Ioanne hoc loco exprimitur, sciendum est non esse insolens in sacris literis hoc, & similitū animalū genere persecutores intelligi: quemadmodū legimus Ioel. 1. *Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.* Quo loco quanquā iuniores Hebræi volunt sermonē esse de plagis illatis à Deo per eiusmodi animalia, & rubiginē, de fame videlicet, quæ quatuor integris annis perdurauit primum eruca cūcta vastante, deinde locusta, bruchus, & rubiginē: longe tamē est probabilius, quod aiunt antiquiores Hebræorū, quos sequuntur Rupert. Lyrano. & alij, significari quatuor orbis imperia Hebræis infesta, quæ Hebræorū gentem ordine quodam ita oppresserunt, vt quod vnum intactum reliquisset, alterū funditus euerteret: itaque in eruca Assyriorum, & Chaldæorū, in locusta Medorū, atque Persarum, in bruchus Græcorū in rubiginē Romanorū imperiū expressum fuisse: quæ expositionē etiam assertit, nec improbat D. Hier. tamē si alteram ei præferat, videlicet vnicū Chaldæorum imperiū eo loco adumbrari, quod quater sub Nabuchodonosor Hebræorū populū diuexit. Primum cum Nabuchodonosor Hierosolymā obsedit, duxitque secū Ioachim Regem Iudæ, & partē vasorum domus Domini asportauit in terrā Sennaar, vt refertur 2. Paralipom. 39. & Dan. 1. Deinde cum captiuum duxit Babylonem Ioachim, siue Iechoniam præcedentis filium 4. Reg. 24. Tertiū, cum Sedechiam vltimū Regē Iudæ eruit o culis Babylonem etiam duxit captiuū 4. Reg. 25. Denique, cū Nabuzardan Babylonij exercitus princeps urbem, & templū incendit 4. Reg. 25. vbi obiter duo obseruanda sunt. Vnum est florētissima orbis imperia vilissimis, & abiectissimis animalculis comparari, vt

Ioel. 1. 4.

Hebræi iuniores.

Antiquior.

Rupert.

Lyrano.

Orbis imperia, vermiculæ expressa.

D. Hieron.

2. Paral. 36.

Dan. 1.

4. Reg. 24.

4. Reg. 25.

4. Reg. 25.

parati, ut indicetur, quam vili pretio mundana omnia aestimanda sunt, & quasi abiectioni vermiculi pede calcanda. Alterum est non solum abiectionis animalibus, sed etiam noxiis comparari propter salutis periculum, quod in regnis administrandis, & in vniuersum in omni humana felicitate cernitur. Siue igitur soli Chaldaei, siue reliqui, quos nominauimus, plagarum illarum nomine expressi à Ioseph fuerint, illud certum est locustas, & reliquas huiusmodi plagas, iuxta probabiliorem sententiam, non proprie accipiendas esse, sed translate pro infestissimis Hebraeorum hostibus usurpandas: sic enim etiam locusta accipitur Amos 7. cap. *Ecce factus est locusta in principio germinantium serotini imbrum, & ecce serotinus post consorem gregis.* Vidit nempe Propheta in spiritu quendam, qui infinitam locustarum multitudinem producebat, quem appellat fictorem, quae locustarum multitudo significabat Assyriorum exercitum, qui quarto anno regni Ezechiae duce Salmanasar Rege Assyriorum venerunt in terram decem tribuum, easque in Syriam transtulerunt.

Ex his iam mirum videri non debet Hæreticos acerrimos Ecclesiae hostes sub locustarum typo fuisse à Iohanne adumbratos. Primum, quia locusta animal est maxime nocuum herbis virentibus: vnde Exod. 10. de locustis dicitur: *Nihil omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terrae in cuncta Aegypto.* Sic enim Hæretici quidam fidei, & sanctitatis vitide erat, in multis partibus corroserunt. Secunda ratio desumitur ab vnanimi aduersus Ecclesiam conspiratione iuxta illud Pron. 30. cū dicitur: *Quatuor sunt minima terrae, & ipse sunt sapientiora sapientibus: Formica populus infirmus, qui preparat in messe cibum sibi, Lepusculus plebi inualida, qui collocat in petra cubile suum: Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in adibus Regum.* Est autem stellio serpens læetæ similis cicutis quibusdam, & veluti lucetibus guttis in modum stellarum depictus, vnde & nomen sumpsit, de quo scribit Plin. lib. 3. c. 10. nullum animal fraudulentius homini inuidere. Quonia igitur hæretici vnanimi consensu aduersus Ecclesiam conspirarunt, optimo iure locustarum nomine exprimentur, quæ vique ad eum inuicem consentiunt, ut Rege, ac duce cum careant, tamen per turmas suas tribute egrediantur. Verum tropologicam eius loci expositionem, quam Beda affert, obiter perstringendam duximus. In formica igitur eos intelligit, qui in hac vita fructus sibi preparant honorum operum, quibus felicitate promerentur. In lepuscule eos, qui in petra, id est, in Christo spem suam omnem collocant iuxta illud Psalmi 103. *Petra refugium beviraceis,* seu ut alij codices habent, *leporibus.* In locusta Anachoretarum concordem vitam, qui nullo preceptore singuli in suis latibulis Deo vacabant, & mala pullulantia carnalium voluptatum germina absumere conabantur. Denique in stellione, qui alis caret, manibus nititur, & palatia Regum ingreditur, eos qui cum ingenij penuria non valeant, ad obtinenda tamen æterni regni mercedia virtute operati omnis subleuatur. Tertia ratio est propter locustarum saltus, quos sua incōstantia imitantur Hæretici. Quæ eandem ob causam D. Greg. lib. 31. Mor. c. 19. expendens illa verba c. 39. *Numquid suscitabit eum, id est, equum quasi locustas, & docet locustas Iudaicum populum figuratitè: quod etiam in quemlibet virum inconstantem potest conuenire, eo quod locusta subitō quosdam saltus dent, & protinus in terram cadant: saltus enim dabat Hebraei, eum præcepta Domini se implere promitterent, sed statim ad terram cadebant, eum per praua opera hæc se audisse denegaret.* Videamus, inquit Greg. in eis quali quendam locustarum saltum. Exod. 24. *Omnia verba quæ locutus est Dominus, faciemus.* Videamus, quomodo subito ad terram ruit. Num. 14. *Utinam virtus essemus in Aegypto, & in hac vasta solitudine vitam peresamus, & non inducat nos Dominus in terram istam.* Locustæ ergo erant, quia habebant saltum per vocem, & causam per actionem. Quarta, & po-

Amos 7.1.

II.  
Hæretici cur locustarum typo adumbrati.  
Exod. 10. 15.  
Prou. 30. 24.

Plinius.  
Beda.  
Psal. 103. 18.

D. Gregor.  
Iob 39. 18.  
Vir inconstans locuste persimilis.  
Exodi 24. 7.  
Num. 14. 7.



*Interpretat.* ferrea ratio, quam afferunt communiter hoc loco interpretat, ea est, quia Hæretici instar locustarum faniolo ore cuncta pollunt: cum enim intellectum habeat erroribus inquinatum, quid aliud ore eiuoment, quam Hæretica doctrina saluam fœculentam, qua alios inficiant? Quâ ob causam illis potest accommodari illud Esa. 14. *Es. 14. 19.* *Nelateris Philisthaa, quoniâ cõminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus & semineius absorbes vitæ.* Cuius loci literalis sensus est. Mortuo Achaz rege Iuda latabatur Philisthai, quod nihil iam sibi à posteris Ozia, qui eos multum fregerat, timendum duceret. Præuides autem Esaias Ezechiam eiusdem Ozia nepotem multo acerbius Philisthaeos oppressurum, lætitiâ eorum ea similitudine comprehendit. *De radice colubri*, id est, de progenie Ozia, egredietur regulus, id est, id est, Ezechias multo exitialisior, & nocentior, quâ coluber: siquidem regulus vel ipso afflatu præteruolantes aues interimit. Verum alij ad Hæreticos eundem locum hoc sensu referunt: *De radice colubri*, id est, de hæresi mente concepta egredietur basiliscus, id est, id est, error prædicatione disseminatus, qui afflatu ipso volucres absorbeat, id est, homines ingenio præstâtes eiusdem erroris veneno inficit. Itaque hæresis, dum mente latet, coluber est: dum publicatur, basiliscus, qui solo afflatu perimit. Possimus & ita ad mores accipere: *De radice colubri*, id est, mala cogitatione, egredietur regulus, id est, malum consensum, & semen eius, id est, malum opus volucres interimit, id est, animas, quæ antea virtutum pennisin sublime ferebantur. Ex quo iam colligis cogitationes malas quasi colubros pattuientes regulos maxime esse formidandas.

Quid coronæ similes auro super capita locustarum significant.

*Et super capita earum tanquam coronæ similes auro.*

SECTIO VII.

**C**ORONA potissimum sumitur pro regnâ unde est illud Thron. 5. *Cecidit cor-  
regno sumi-  
tur.* *Thron. 5. 16.* *Ezech. 21.* *26.* *Corona capiti nostri: vana nobis, quia peccauimus*, id est, quia peccauimus, regnum nostrum fuit euersum, ereptumque Regi Sedechia, qui eo loco per caput intelligitur: & illud Ezech. 21. *Aufer cidarim, tolle coronam: nonne hæc est, quæ humile subleuauit, & sublimem humiliauit?* vbi Dominus loquitur cum Rege Sedechia hoc sensu. Propter iniquitatem tuam auferetur ab Israël sacerdotium, & regnum: (est enim cidaris) mitra Pontificia) id quod cõtrigit, cum Iosedech sumus sacerdos ductus est in captiuitate cum ipso Sedechia: *Nonne hæc est, quæ humile subleuauit, & sublimem*, id est, Sedechiam humiliauit? quæ interpretatio est Lyr. Aduertendum est autem 70. Inter, ita locum transtulisse: *Aufer cidarim, & depelle coronam: ipsa non talis erit: humiliasti excelsum, & subleuasti humilem*. id est, tua corona ô Sedechia longè diuersa est à coronâ Regis Messia: quoniam Messias reget suos in virgâ quietatis, non iniustitiæ. Ad- dimus posse alludi ad spineam coronam, quâ Messias in passione erat coronatus. Cum igitur Hæretici sub variis Regibus, ac Principibus Ecclesiam fuerint persecuti: rectè locustæ coronas gestare visas sunt. Quod verò dicuntur auro similes, illud in primis significat. Hæreticos in Ecclesia persequendos præ se ferre zelum fidei, & charitatis: itaque non habere coronas verè aureas, sed auro tantum similes, quia prætextu religionis suos errores disseminare conantur. Solet enim aurum in sacris literis pro religione, & charitate vsurpari: vt fusè diximus in cap. 2. huius operis super illa verba: *suasque tibi emere à me aurum ignitum*: quod etiam pertinet illud Thron. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus dispersi sunt lapides: & anstuarij in capite omnium platearum? Fily Sion inelyti, & amici auro primo quomodo cõputati sunt: inuasit estez quibus verbis Propheta ad literam enunciat.*

*Corona pro regno sumitur.*

*Lyranus. Septuag. Interpretat.*

*III. Hæretici religionis prætextu errores seminant.*

*Apoc. 19. 18. Thron. 4. 8.*

tatur gloriam vrbis amissam, templum euersum, viros principes in captiuitatem abductos, vt expendit Rupert. l. i. in Hier. c. 18. & 82. *Dolentis*, inquit, *pariter*, & *ad mirantis est dicere, quomodo obscuratum est aurum?* Aurum enim coloris optimi Iudæi erant: sed quia propter cæcitatē oculi eorum obscurati fuerunt, mutatus est auri color: cum etiam lapides fuissent Sanctuarij, & ex illis ædificari cœpta esset domus Domini, dispersi sunt in ciuitatibus, & paruas sibi plateas ad habitandum locauerunt. Cæterum eundem locum de sacerdotibus eleganter exponit D. Gregor. homil. 17. super Euangelium. *Aurum*, inquit, *obscuratum est, quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas reprobæ ostenditur. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus per terrena, & abiecta opera ad ignominiam dejectionis venit. Lapidēs verò sanctuarij intrinsecus habebantur, nec sumebantur in summi sacerdotis corpore, nisi cum sancta sanctorum ingrediens in secreto sui conditoris apparebat. Nos ergo fratres sumus lapides sanctuarij, qui apparere semper debemus in secreto Dei, quæ nunquam necesse est foris conspici, & in extraneis actionibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: quia hi, qui per orationem, & contemplationem semper intus esse debeuerant, per vitam foris vacant: ecce iam penè nulla est seculi actio, quam non sacerdotes administrant. Hæc Gregor. Coronas igitur similes auro gestare visæ sunt locustæ, quia Hæretici Principes fidei zelum, & charitatis ardorem in Catholicis persequendis simulabant.*

Rupert.

D. Gregor.

Deinde dicuntur gestare coronas similes auro in signum victoriæ, quæ tamen non vera censenda est, sed quædam futilis, & vmbatica victoriæ imago: dum tyranni, & Hæretici Catholicos propter fidē insequuntur: veras enim atque aureas victoriæ coronas ipsi potius Catholici gestant, cum pro fide mortem opperunt: quo fit, vt non aureas coronas, sed auro tantum similes Hæreticæ locustæ gestare describatur. Quod verò is, qui persecutionē suæ pro fide, siue pro iustitia tolerat, persecutionem ipse vincat ferendo: non à persecutore vincatur, probatur primò ex loco illo Pauli 2. Corint. 2. vbi Apostolus ad litteram de huiusmodi loquens victoria ait, *Deo autē gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu: quæ triumphum duplicem esse docet D. Thom. disputatione videlicet Hæreticos, patientia vincendo persecutores. Secundò adhuc luculentius Rom. 8. Quis ergò nos separabit à charitate Christi, tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? si- cut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. i. vt interpretatur D. Thom. superamus, dum circa hæc omnia illibatā charitatem seruamus, iuxta illud 1. Cor. 15. Gratias Deo, qui dedit nobis victoriā per Iesum Christum. Sed multò elegantius eundem locum expendit D. Chryl. hom. 15. super ep. ad Rom. vbi in primis obseruat Græcè non esse, superamus, sed plusquam superamus: est enim Græcè ὑπερβινδύειν. Hoc, inquit, mirabile est, quòd non superamus solum, sed plusquam superamus per ea ipsa, quæ patimur. Triplicè verò rationē affert huius plusquam victoriæ. Prima ducitur ex facilitate vicendi: quia sola ipsa tolerantia vbi que trophæa cōtra hostes erigimus. Secunda, quia per ipsam et tormenta, & persecutiones superamus, quæ noua est victoriæ ratio. Tertiā est propter victoriæ certitudinem: etenim plusquam superare est sic aliquem ad certamina descendere, quasi iam Dominus victoriæ fit: quam rationem reddidit ipsemet Apostolus, cum statim subiunxit. *Certus sum enim, quia, neque mors, neque vita, neque Angeli, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo. Tertio Sapient. 10. Certamen forte dedit illi, vt vinceret: vbi ad litteram est sermo de Iacob, qui superior euasit fratre Esau: quænam autem huiusmodi victoriā fuerit, significatur Gen. 27. cum Isaac dixit Esau filio: Vincis in gladio,**

III.

Tyranni, & heretici, dum fideles excruciant, non vincunt, sed vincuntur.

2. Cor. 2. 14.

D. Thom.

Rom 8. 35.

Psal. 43. 21

D. Thom.

1. Cor 15. 57.

D. Chrysol.

Rom 8. 38.

Sapient 10. 11.

Gen. 27. 40.

*fratris tuos seruius*: quod quanquam eomunitur interpretes accipiunt de Idumais posteris Elau, qui Dauidi Regi è stirpe Iacob descendenti tributarij fuerunt 2. Reg. 8. tamen eo etiam sensu à pietisque accipitur, vt Elau Iacobo fratri seruiere in eo persequendo, dandòque ei materiam triumphorum per patientiam, qua ipsum non solum tulit, sed etiam ex Mesopotamia rediès adorauit septiès genu flexo Gen. 33. Ita que omnis Ecclesiæ persecutor in gladio uiuit, dum eam persequitur: sed tamen Sanctis, quos insecratur, eo ipso seruit, quòd eum nõ ad errorem suum, & vitia pertrahit, sed eis solum, ac segetem præbet meritorum. Quare, & postremò in eiusmodi figuram Iudic. 7. Gedeon contractione laguncularum Madianitas deuicit. Sic enim Martyres suorum corporum fractione de tyrannis triumphat. Hoc namque sensu eam figuram exponit Beda lib. quart. super lib. Iudic. ca. 5. vbi primum aduertit Gedeonis milites non sine mysterio nullis alijs armis instructos, quàm tubis, lagenis, & lampadibus ad certamen descendisse: quia Martyres sonant tubis, cum prædicant: confringunt lagenas, cum soluenda in passione corpora hostilibus gladijs opponunt: splendent lampadibus, cum post solutionem corporis miraculis eoru scintillant. Cecinerunt ergò tubis, vt lagenæ frangerentur: lagenæ fractæ sunt, vt lampades apparerent, apparuerunt lampades, vt hostes in fugam verterentur. Deinde obseruat non frustra in dextera tubas, lagenas in sinistra tenuisse. In dextera enim habere dicimur, qui quid magno pretio æstimamus: in sinistra omne, quod pro nihilo ducimus: ita Christi Martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum verò utilitatem pro minimo. Verum, quòd ad nostrum facit institutum, sicut Gedeonis milites contractis lagenis vicerunt: ita Sancti eo ipso, quòd pro Christo patiuntur, hostes superant.

III. Illud etiam adnotandum Madianitas eodem 5. cap. Iudic. locustas appellari, vt magis adhuc appareat Hæreticos, qui hic à Ioanne locustarum similitudine exprimuntur, fuisse à Catholicis, quos persequerentur, ea ipsa persecutione prostratos. Hoc argumentum eleganter persequitur Tertullian. in Apolog. aduersus gentes cap. 49. Vbi inter alia, *Prælium*, inquit, *est nobis, quòd pronocamur ad tribunalia. Victoria est, pro quo certaueris, obtinere ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. Ergò vicimus, cum occidimur: hic est habitus victoria nostra, hæc palmata vestis, tali curru triumphamus.* Aduerte autem vestem palmatam dici, quia erant illi intextæ palmæ: vult ergò Tertullian. martyrium esse vestem palmatam, id est, varijs palmis intextam, tot nimirum, quot sunt tormenta: sunt enim palmæ victoria, & triumphisymbola. Quam ob causam de Ecclesia propter Martyres dicitur Cant. 7. *Stirps tua assimilata est palma.* In eiusdem rei typum Salomon, vt refertur 3. Reg. 6. *Omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs calaturis, & vorno, & fecit in eis Cherubim, & palmis, & picturas varias quasi prominentes de pariete.* Sculpsit, inquam, in eis picturas Cherubim, & palmarum: quoniam vt interpretatur Rup. lib. 3. in libros Reg. cap. 12. scientiam Dei fideliter suscipientibus, & pro illa certantibus victoria de celo promittuntur. Quanquam verò templum illud Salomonis figura fuerit Ecclesiæ vniuersæ, tamen etiam cuiuscunque iusto & potest, & debet accommodari iuxta illud 1. Cor. 3. *Nescitis, quia templum Dei sitis?* Et 2. Cor. 6. *Nos enim estis templum Dei.* Hoc igitur templum totum sculptum est palmis, quia tot victoriis est refertum, tot etiam trophæis tanquam pulcherrimis abeis, & peris tromatis exornatum, quot sunt persecutiones, quas à fidei hostibus constanter tolerat: propterea enim Cherubim simul cum palmis iunguntur, vt indicetur huiusmodi palmas tunc præcipuè obtineri, cum propter doctrinæ Euangelicæ, quæ per Cherubim, id est, plenitudinem scientiæ exprimitur, defensionem iusti in capitis discrimen adducuntur.

Cur locustæ facies hominum, & dentes leonum habere dicantur.

*Facies earum tanquam facies hominum, & dentes earum sicut leonum erant.*

SECTIO VIII.

Primum significatur Hæreticorum principum summa crudelitas minime hu-  
mana naturæ conueniens: siquidem cum facies hominum haberent, nihil  
minus, quàm humanitatem referebant, quod sanè instar monstri erat: simile enim  
ob causam Leuitic. 11. inter imrounda animalia numerantur omnia illa quadru-  
pedia, quæ super manus gradiuntur: *Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus,*  
*quæ incedunt quadrupedia, immundū erit.* Quo loco prima facie videntur omnia qua-  
drupedia cōprehendi: quod enim est omnino quadrupes, quod non super manus  
gradiatur: sed verè non est sermo nisi de illis, quæ habent manus humanis similes,  
cuiusmodi sunt vrsus, & simia, quæ meritò censentur immunda: quia instar mon-  
stri est bestiam habere manus humanis similes. Et quidem quod spectat ad myl-  
terium, illud indicatur prodigiōsum esse animal hominem auarum, qui manibus  
terram teneat, iisque quasi pedibus per terram gradiatur: itaque immundum esse,  
& instar monstri iudicandum. Quemadmodum igitur instar monstri est quadrupes  
manus hominis habens: ita hoc loco tanquam prodigiōsæ locustæ censetur, quæ  
cum dentes leonis ostentent, humanas tamen præferunt facies, homines videli-  
cet crudeles, & sanguinarij, qui cum hominem vultu præferant, truculentas tamè  
bestias immanitate superant. Porro leonum dentibus summa significatur crude-  
litas: sunt enim dentes leonum fortissimi, quam ob causam de peccato dicitur  
Eccl. 21. *Dentes leonis dentes eius.* Deinde per locustarum dentes concionatores Hæ-  
retici intelliguntur. Pro cuius rei maiori expositione sciendum dentes in sacris  
litteris pro prædicatoribus siue in bonam, siue in malā partem vsurpari. In bonam  
quidem Cant. 7. *Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, la-*  
*biisque, & dentibus illius ad ruminandum.* Quæ verba Theodoretus vult esse sponsæ  
cum sponso colloquentis. Alij prima illa verba: *Guttur tuum vinum optimum:* sponsæ  
ad sponsam faciunt Ecclesiæ guttur, id est, prædicationem commendantis, com-  
parantisque illam vino optimo, quod quanto vetustius, tanto suauius, & pretio-  
sius: quia cōcionatores non debent nouis istis, & nugaeibus sermonum rapsodijs  
insistere, sed vetera sanctorum Patrum dicta rimari. Tunc verò audiens sponsa,  
prædicationis verbum sic ab sponso commendari, quasi verbum ex eius ore exci-  
piens, continuānsque sententiam adiungit: *Dignum dilecto meo ad potandum, labijs-*  
*que, & dentibus illius ad ruminandum,* hoc est, dignum tanto sponso, & grauibus Di-  
uini verbi præconibus, qui ea, quæ tanquam labia loquuntur, quasi dentes rumi-  
nant, alijque tanquam salutarem cibum ad edendum apponunt.  
Eodem sensu explicandum est illud Cant. 4. *Dentes tui sicut greges conserum, quæ*  
*ascendunt de lauacro, omnes gemellis facibus, & sterilis non est inter eas.* Quem locum il-  
lustrans D. Bern. serm. 63. ex paruis, plurimas dentium cōditiones commemorat:  
sunt enim dentes candidi, & fortes: carnem non habent, nihil intra se pati possunt:  
dolor eorū acutissimus: clausi sunt labijs, nè videantur, indecens enim est, cum vi-  
dentur nisi ridendo: toti corpori frangunt cibum: nullum inde saporem habent:  
per ordinē positi sunt: superiores alij, alij inferiores: cum inferiores moueantur,  
superiores nunquam: quas omnes conditiones eleganter Bernard. Religionis ac-  
commodat. Quid enim illis candidins, qui cogitationum peccata sicut actionum  
deplorant: quid fortius, quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, in-  
D d.

*I. Hæreticorum principum crudelitas. Leuit. 11. 27.*

*Eccl. 21. 3. Hæretici concionatores. Cant. 7. 9. Dentes in sacris litteris concionatores significauit.*

*II. Cant. 4. 2. D. Bernard.*

*Religiosi, dentes Ecclesie.*

Rom. 8. 9.

pia pro abundantia ducitur? Carnē non habent, quia in carne carnem obliuiscuntur, iuxta illud Apostoli Rom. 8. *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.* Nihil morari inter se patiuntur, quia nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputant. Non est dolor sicut dolor eorum, quia nihil tam horrendum, & horribile est sicut murmur, & dissensio in congregatione. Clausi sunt labiis, ne videantur, quia ipsis monasteriorum vallis cinguntur, ne secularium oculis, & accessui pateant: indecens est, si appareant, nisi interdum fortè ad risum, quia nihil turpius, quam monachus per vrbes, & castella discurrens, nisi cum charitas cogit, quæ risus est, quia hilaris est, læta quidem, non dissoluta. Toti corpori mādunt cibum, quia pro toto Ecclesiæ corpore Deum precantur. Nullum inde saporem habent, hoc est,

Psal. 113. 1.

nullam sibi gloriam debent arrogare, sed dicere cum Propheta, Psal. 113. *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Per ordinem positi sunt, quia inter illos omnia in Christo mēsurā, & pondere cōstituuntur. Superiores, & inferiores, quia alij prælati, alij subditi. Denique, cum inferiores moueantur, superiores moueri nunquā debent, quia etsi subditi quandoq; turbentur, prælatorum tamen est in mente composita perdurare. Hæc de Religiosis Bēr. Verūm cōmuniō dentium acceptio eo loco Cantic. est de concionatoribus, quibus omnes dentiu conditiones à Bernardo enumeratæ accommodari facillè possunt: in quibus non postremum locū obtinet candor, id est, castitas, & vita, morūque integritas, tales enim futuros regis Messia cōcionatores vaticinatus est, Iacob Gen. 49. cū dixit. *Dulchiores*

Gen. 49. 11. Origenes.

*sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Quem locū exponens Orig. hom. 17. in Genesim, Pedes, inquit, Christi sunt, qui currunt ad faciendā pacem & subueniendum iis, qui in necessitatibus sunt positi: manus Christi, qui ad misericordiā extenduntur: oculi, qui scientiæ lumen vniuerso corpori præstant: dentes deniq; qui scripturarū cibos dignis interpretationibus explanantes earum intellectum Ecclesiæ corpori subministrant: Hi ergo candidi debent esse, & puri, ne fortè illis dicatur, *Qui alios doces, reipsum non doces.* Illud etiam maximè in his dentibus requiritur, ne quid inter illos siue inuidiæ, siue dissensionis interponatur, quod solet multiplicatione dentibus officere: idcirco enim Christus Apostolos, quos ad officium prædicationis legabat, præmonuit, Marc. 9. *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.*

Marc. 9. 50.

III.

Thren. 44. 2. Tim. 2. 15.

Sed omissis interim aliis dentium conditionibus illa potissimā in concionatoribus reperitur, quod sacræ doctrinæ cibo frangendo, & alijs diuidendo infertur: quo sensu communiter interpretes locum ex Canticis citatum accipiunt, in quibus Beda. *Solent, inquit, nutrices particulas panis dentibus consicere, & inter lactandum in paruulorum faucibus minuta mansa immittere, donec eos paulatim abstractos à lacte ad esum panis perducant: sic sancta mater Ecclesia habet doctores, qui instar vberum lac doctrinæ mollioris accipientibus ministrant: habes eosdem non ignaros bene proficientibus panem verbi forti porrigere.* Hinc est illa apud prophetam comminatio Thren. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Et 2. Tim. 2. *Solicite cura reipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis,* Græcè, *ὁ ἰσχυρὸς ἰσχυρῶς,* id est, rectè disidentem: quo utroque loco dentium similitudo indicatur. Atque hæc de dentibus in bonam partem: in malam verò, id est pro prædicatoribus Hæreticis accipiuntur Iob quadragesimo primo: ubi de Leuiathan dicitur: *Per gyrum dentium eius formido.* In quem locum D. Gregor. libro trigésimo tertio Moralium cap. 29. *Dentibus, inquit, Leuiathan errorum magistri figurantur: quia reproborum vitam mordendo dilaniant, & eos à veritatis integritate subductos in sacrificio falsitatis mactant.* Ex quo iam certissime hoc loco Hæreticos concionatores, & per eos ipsos quoque Hæreticos principes dentium nomine intelligi: qui

Prædicatores, heretici. Iob. 41. 5. D. Gregor.

quoniam

quoniam maximè noxij sunt Ecclesiæ, & in ea persequenda immanissimi, meritò non quibusuis dentibus, sed leonum dentibus validissimis comparantur.

Locustarum humana facies, & leonini dentes detractoribus accommodatur.

SECTIO IX.

**E**xplicauimus in literali sensu, cur Hæreticæ locustæ humanas facies, & leonū dentes habuerint: illud nunc doctrinæ causâ mysticè adde ndum per easdem prodigiosas locustas detractores accipiendos, qui instar locustarum omne viride depascunt, & absument: & cum humanas facies habere videantur, & uissimos tamen leonum dentes in moribus, factisque hominum insigunt, & quod omnem immanitatè superat, humanis carnibus instar leonum vescuntur: vnde est illud Ps. 26. *Appropriant super me nocentes, ut edant carnes meas:* còque alludit Paulus, cum dixit Galat. 5. *Quod si inimicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consummaminis.* Quam etiam ob causam Danielis 7. ostensa est propheta quarta quedam bestia terribilis dentes habens magnos, & ferreos, multaque comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus conculcās, habensque decem cornua: quæ bestia ad literam Romanum significauit imperium, sed à Glossa mysticè accommodatur detractoribus: vbi aduertit cum tres præcedentes bestia luis, id est, vrsi, & pardi nominibus appellatæ à Daniele fuisent, solius huius quartæ bestia nullum nomen afferri: quia detractorum malitia non potest vno nomine comprehendi: habet enim detractor abundantem malitiam, quemadmodum dicitur Ps. 49. *Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos:* vbi primùm est obseruandum verbum illud, *Abundauit:* nascitur enim detractio non ex quauis, sed ex abundante malitia, quæ ex corde præ sui affluentia in os ipsum detrahentis redundat. Deindè notandum est cum Remigio verbum illud, *Concinnabat:* solet enim detractor detractiones suas ornatis verbis componere, & ficto charitatis zelo in speciem adornare. Habebat præterea illa bestia dentes ferreos magnos ad comminuendam, & deuorandam excellentium virorum famam. Denique erat decem armata cornibus propter decem detractionis genera, quæ ibidem connumerantur.

Eadem detractorum voracitas sub eleganti similitudine explicatur, Prou. 23. *Noli esse in conuiuio potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumuntur.* Quo loco partem illam, *Dantes symbola*, Glossa interpretatur esse in confabulatione detractores singulos verba ad detrahendum conferre, instar eorum, qui ad conuiuium conuenientes ad maiorem apparatus, & copiam singuli suam partem, & portionem afferunt. Est autem Glossa hæc desumpta ex D. Gregor. lib. 4. Moral. cap. 25. vbi tractans illud Iob 19. *Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* sciendum, inquit, est, quia hi etiam, qui aliena vite detractione pascuntur, alienis procul dubio carnibus saturantur. Vnde per Salomonem dicitur: *Noli esse in conuiuio potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumuntur.* Carnes quippe ad vescendum conferre est in colloquutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere: symbolum verò dare est, sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita confabulatione detractionis verba conferre: Hæc ille. Ad idem quoque significandum coruus ille, quem Noë ex arca emisisse dicitur Gen. 8. non est reuersus in arcam: ille ctus nimirum aliquo supernatante cadauere (qui solet esse suauissimus detractorū cibus) quemadmodum docet D. Aug. li. 12. cōtra Faustū Manich. e. 10. è contrario verò colūba regressa est tamū oliuæ virentibus foliis gerēs in ore

I.  
Psal 26. 1.  
Galat. 5. 15.  
Dan. 7.  
Glossa.  
Detractorū malitia.  
Psal 49. 19.

II.  
Prou 23. 20.  
Glossa.  
D. Gregor. Iob 19. 12.  
Gen. 8.  
Aug. 12.

luis: quoniam vir iustus, & alienis bonis tanquam suis per charitatem gaudens, nihil aliud nouit ore gestare, quam eorum de quibus loquitur, laudes, & præconia, quæ nunquam in eius ore marcescunt, sed semper per laudabilem, & honorificam commemorationem quasi renascentia virentibus foliis vestiuntur. DetraCTOR verò tâquam coruus cadaueribus vescitur, nec indè recordatur ad arcem per sanctam cum iustis conuersationem reuerti. Quo etiam sensu illud à plerisque accipitur ex Psal. 13. *Sepulchrum patens est guttur eorum*: quia os detractoris nihil aliud est, quam apertum quoddam sepulchrum ad cadauera inhians, viuosque homines quod plus est, in seipso sepeliens, id est, quantum in se est, excellentium virorum famam, ac nomen obscurans, quæ expositio est D. Hieronymi, quanquam aliam etiam paulò inferius affegimus.

Psal. 13. 3.

III.  
DetraCTORis  
lingua.Psal. 139. 4.  
Plinius.

Psal. 56. 5.

Leuit. 21.

Psal. 13. 3.

Psal. 56. 5.

Eccl. 10. 11.

Psal. 100. 5.

D. Basil.

Prou. 23. 27.

Quærat aliquis, cuiusmodi-nam linguæ intra leoninos detractorum dentes lateant, cum de iis Ioannes non meminerit? proculdubio serpentum, quod maius adhuc prodigium est, videlicet humanam reperiri faciem, quæ dentes leonis, linguas serpentum, habeat. Id quod disertè traditur, Psal. 139. *Acuerunt linguas sicut serpentis*. Est autem auctore Plinio lib. 5. hist. naturæ cap. 37. serpentis lingua tenuissima, trifulca, vibrans, atrii coloris, & si extrahas, perlonga. Sic enim lingua detractoris tenuissima est, quia in detrahendo subtilissima: vnde & acuto gladio comparatur Psal. 56. *Lingua eorum gladium acutum*. Illud ad Tit. 1. *Oportet Episcopum esse non percussorem*, Græcè *μὴ πάλιν τιμῆ*, D. Hier. in comment. non ad pugnos refert, sed ad linguam, quæ aliquis siue per contumeliam, siue per detractionem quasi gladio alium percutit: alioqui quid magnum est Episcop. à pugnis abstinere? Trifulca, quia tribus nocet, sibi, præsentibus, & quibus detrahit. Vibrans, quia semper in motu est: quam ob causam Ilychius Presbyter Hierosolymitanus lib. 6. in Leuiticum docet detractores iugi scabiæ lab orare, atque præ pruriginè à detrahendo non posse desistere: sic namque exponit legem illam Leuit. 21. quæ sanciebat, vt homo habens iugem scabiem ab omni sacro ministerio arceatur. *Iugem scabiem*, inquit, *habet homo detractor, quia ad detrahendum facillè prouocatur*. Atrii coloris, quia fœda acturpis, & atra bile, atque maleuolentia imbuta: cui etiam concinunt ora locustarum, quæ nihil aliud, quam purulentam saliuam euomunt. Quo circa detractorum os (quæ est altera eius loci expositio) patefacto sepulchro comparatur Psal. 13. *Sepulchrum patens est guttur eorum*: quia sicut patens sepulchrum graueolentia sua aërem inficit, ita detractorum guttur fœdissimum est, & graueolens, præsentisque omnes, cum quibus agit, intolerabile maledicentiæ fœtore corrupens. Denique prælonga, quia ad longissimè positos, imò ad mortuos etiam pertingit: vnde Psal. 56. detractorum maledicentiâ comparatur armis, & sagittis. *Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ*, quia non solum cominùs, vt arma quædam, sed eminens etiam, & longè, vt sagittæ feriunt. Aecedit, quoddam instar serpentū clanculū, & quasi furtiuè detrahunt, iuxta illud Eccl. 10. *Si mordeat serpens in silentio, nihil eò minus habet, qui occultè detrahit*. In quem locum D. Hieron. *Serpens*, inquit, *et detractor æquales sūt: quomodo enim ille occultè mordens venenum inserit, sic iste clam detrahens peccatorum sui virus infundit*. Atque hunc meritò tanquam serpenti generis hostem persequeretur Dauid Psal. 100. cum dicebat: *Detrahentem secreto proximo suo: hunc persequer*. Quo ex loco diuus Basilius regula 26. ex breuioribus argumētatur detractores esse à reliquorum societate, & consuetudine exterminandos. Quantum verò detractorem excretur, ac detestetur Deus peripicuum est ex illa comminatione, quæ habetur capite vigesimo tertio Prouerbiorum iam citato, *Vacantes poribus, & dentes symbola consumuntur, & vestitur pannis dormitatio*: vbi per symbola dentes iā superius cum duo

ditio Gregorio detractores intelleximus. Postquam autem in septentem res ab Pontifice hic eodem loco interpretatur: *Resistitur panni dormitatio*, quia eundem spectum, & inopem à cunctis bonis operibus mors inueniet, quam hic aliena virtute exquirendo certamina detractionis sua languor occupauit: quare detractionis magis adhuc apparet in eo, quod postquam Anton. & Maria Molyli detraxerunt (quemadmodum conquestus est Dominus illis verbis Num. 12. *Quare non permitistis detrahere seruis meis Moysi*) tanta ira, atque furoris exarsit, ut statim subingatur *Et rursusque contra eos ubi*, nubes quoque recessit, quia erat super iacobus illum, & ecce Maria apparuit eandem lepra quasi nix. Quod expendens Orig. hom. 7. super Numeros, 1703. inquit, furoris Domini efficitur super eos, qui male loquuntur, & detrahunt; ne propter eundem, quod prius recessit nubes, & in ista die repletur lepra, ut ascendatur, quod & si in aliquo sit spiritus sancti gratia, si habet, & detrahit, recedit ab eo post obrestitutionem, & sic animus eius repletur lepra: Hæc Origenes, & quidem merito: quomodo enim spiritus sanctus in eo habitat, qui per detractionem factus est Damonij domicilium, & detrahitio à Damonis ipso orum habuerit? Is enim primus Deo detrahit in iudicio nisi di illis verbis Gen. 3. *Næquaquam morte mereremur, scilicet enim Deus, quod in quatuordecim die comederit ex eo, aperit in poculi castri, & erit in sione. Dij scientes bonum, & malum: unde Timoth. 3. ubi nos habemus, ataliter similiter pudicus, non detrahentes, pro non detrahentes est Græcè ut dicitur Col. 3. hoc est, non Diabolicas, ut in die tur detractorem alterum quodammodo Diabolum esse.*

D. Greg. 7.  
Orig.  
Gen. 3. 4.  
Tim. 3. 2.  
Col. 3.

Cur locusta capillos sicut capillos mulierum habere dicantur?

*Et habebant capillos sicut capillos mulierum.*

S E C T I O . X .

**H**Aud dubie ad explicandam effeminatam Hereticorum naturam, & ferè ad luxum, mollèmq; viuendi rationem, potissimum que ad libidinem propensam, atque procliuem, cum capillis mulierum Heretico locusta adhaerentur: id quod quamquam iam in superioribus docuimus, magis tam enallustrandum hoc loco existimamus. Igitur obseruandum est primò etiam in pulchritudine emans feminis multum facere ad conciliandum amorem: ut autem ad spirituales transeamus, hoc ipsum disertè confiteatur sponsus si sponsam alloquens Cant. 4. *ut in rasti cor meum sicut mea sponsa, uillnera sicut meum in vno colorum tuorum, & in vno colore collisus.* Quo loco Hebrei legunt, *In vno torque collisus*, quali dicat, ut interpretatur Theodor. ambo quidem oculi tui sunt ad me adi, & colla mba ut quibus nominati, sed alter eorum, qui diuina contemplatur, qui philosophatur de Deo, qui recondita mysteria contuetur, eorum in eum ita potu affert: omnia duntaxat dolitur ornamenta suspicio, sed vnum tamen est quod in se est, & hanc in capite capue admittit. Vtrum iuxta editionem vulgaram per eum sponsum sponsa cogitationes possimus intelligere, quas criminibus comparari hinc iam in cap. tradidimus. Hic autem aduertendum Septuag. interpre. pro eo, quod nos habemus, *ut in rasti cor meum*, translulisse, *Excordas tunc*, id est, *et omni in impuisti* quod in rasti quadrat in Virgine beatissimam, cuius est etiam in rasti, ut vna vel minima cogitatione non solum Deo amorem, sed ipsam met Deo cor ad se attraxerit.

Hereticorum  
luxus, ac libid.  
Cant. 4. 2.  
Hebr.  
Theod.  
Charitati  
commendat  
Virgini  
Septuag.  
Cant. 7. 1.

Sed ut ad sponsa vermes reuertamur, in eorum ad amorem conciliandum ex hoc sponsi habentia exprimitur Cant. 7. quod non Hebr. modo, & cuius et sancta anima, sed in eum ita etiam Virgine sanctissime accommodari debet: *Cepit tuum, ut Carmelus: & coma capiti tui sicut purpura Regis in nite canalicibus.* Quod Theod. de



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Thad. Cloja.

Septuag. R. b. Aben-nej. Hebraei.

Sanctae, puerque cogitationes quantum Deo placeant. Iudic. 15.

III. Diminatur curiosus ornatus mulierum, & virorum. I. Tim. 2. 9. I. Petr. 3. 3. Tertull. Clem. Alex. D. Cyprian.

4. Reg. 9.

Ezech. 23. 40

Tertullian.

doctrina Evangelica interpretatur, quae sanguine Christi tincta, atque conspersa multo magis fulget, quam Rex amictus purpura. Glossa ordin. vult regalem purpuram esse virtute humilitatis, quae Rex Mellias in passione fuit indutus, & nunc Ecclesia eius sponsa etiam induitur: iunctam vero debere esse canalibus, hoc est, sanguineis ex Christi vulneribus fluentibus rivis, ut eius cruore per imitationem tingatur, & purpura regalis evadat. Verum alia quoque est elegantissima huius loci ex Hebraeo trāslatio, quam secuti sunt Septuag. *Coma capituli tui sicut purpura: rex ligatus in canalibus.* Rabbi Abenestra docet canales appellari loca, quae ideò sunt, ut eò aquae confluant: iuxta hanc ergo lectionem duplex est expositio, una Hebraeorum hoc sensu, Rex Mellias tanto equi, & sponsa amore capitur propter tuum punitum, & comam purpuream, ut cuperet esse alligatus carnalibus, & impluvis domus tua ad tui corporis specie assidue contemplanda, nam vel illinc lubes formam tuam spectaret. Altera est adeò pulchros esse sponsae crines, ut Rex ipse, id est, sponsus propter eos sic amore accendatur, ut sint illi pro vinculis ad ipsum illaqueandus, & vincendum. Itaque Rex ligatus est in canalibus, id est, illaqueatus, & irretitus sponsae crinibus, quos trāslate canales vocat ducta similitudine ab aqua, quae etiam per canales de currit, crispari dicitur, quemadmodum oblongi feminarum crines per humeros effusi crispantur, & quali vndae instar aquarum videtur. Ex qua expositione colligitur, quantum Deo placeant cuiusvis sanctae animae cogitationes, quae hoc loco per sponsae crines intelliguntur, siquidē illis quasi vinculis irretiri, & illaqueari dicitur. Ad idēque mysterium significandum videtur Deus Sālonis fortitudinē non in brachiis, aut pedore, sed in crinibus collo casti. Iudic. 15. quia tunc maxima est in homine spirituali fortitudo ad ipsum etiam Deū vincendū, vincendūque potēs, cum ipsae cogitationes sanctae sunt, ab omni carnis concreione seiuñctae: quae si abscindantur, & in terram proiciantur, hoc est, si efficiantur terrene, eoninud Samsonis, hoc est, Nazareth, & viri spiritualis fortitudo deperit, ipsaeque hostibus, hoc est, Daemonibus, ac vitis traditur illudendus. Secundo notandum est curiosam curium compulsionem, & nimium corporis ornatum luxum, & effeminatum animum, imò libidinosum indicare: quā ob causam in sacris literis, & à Patribus etiam in feminis reprehenditur, veluti, Tim. 2. similiter *mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in artibus crinibus, aut auro, aut margaritis.* Eccl. 1. Petr. 3. *Quarum (id est mulierum) non sit excrescentia capillatura, aut circumdatio auri.* Quod argumentum eleganter persequitur Tertull. lib. de habitu mulierum, & lib. de cultu feminarum, Clem. Alex. li. 3. pædag. c. 3. & D. Cypri. lib. de disciplina, & habitu virginum. Ratio verò ea est, quia nimius corporis cultus ad amorē indēquā libidinem prouocat: sic enim Iezabel illa impiissima ad Ichu in sui amorē pertrahendum stibio oculos suos depinxit, caputque exornasse dicitur 4. Reg. 9. Est autem stibium, non ut plerique existimant, instrumentum, quo palpebrarum, & superciliorum pili componuntur, sed metalli genus, cuius praecipua vis est in dilatandis oculis eorumque fluxibus, & exulcerationibus inhiendis: sic enim accipitur Ezech. 23. *Ecce venerunt, quibus te lauasti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.* Quantum verò detrimenti afferat, quantum quoque sit execrandus curiosus hic mulierum ornatus, docet potissimum ex citatis Patribus Tertull. lib. illo de cultu mulierum: ubi inter alia, *Habitus, inquit, femina duplicem speciem circumfert cultum, & ornatum: cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dicere: ille in auro, & argento, gemmis, & vestibus deputatur: iste in cura capilli, & cunctis, & earum partium corporis, quae oculos trahunt, alteri ambitionis crinem incendimus, alteri prostitutionis.* Sicut

de

Et de frontibus Draconum gemmas erui, hoc quoque de eorum Christiana, ut de serpente culior fiat, sic calcabit Diaboli caput, dum de capite eius sermonebus suis, aut ipsi capiti ornamenta struit. Hæc ille, tam verò in vitis res est omninò execrabilis: unde Levit. 19. dicitur: *Non in rotundum attendebis comam*: quem locum quidam Hebræus eruditus (vt auctor est Turrianus noster in suis scholiis super li. 1. Apost. Constit. c. 32) dicebat sic ad verbum esse transferendum: *Ne corrupas angulum capitis tui circum caput*: rectos enim angulos, quos facit capillus promissus, is corrumpit, qui in eo facit circulos calamistris, ita vt iam duplex sit rotunditas, altera in capillo ipso calamistrato, altera in tonsione circum caput, ad quam solam respexit in sua translatione Hieron. Legendum est aduersus comatos istos caput 3. citatum ex libr. 1. Constit. Apost. Clem. Rom. In eisdem acerrimè inuehitur Clement. Alex. libro illo 3. Pagan. cap. 3. *Purant, inquit, sicut serpens posse sentum capitis e ducere sed et si pilos callidè circumseribant, rugas tamen non effugient, sed neque mortem latebunt, etsi tempus per artem mentiantur.* Deinde affert illud Paul. ad Eph. 4. *Renouamini spiritu mentis vestrae. Non dixit: Renouamini in sensibus, & c. sibus, sed, spiritu mentis vestrae.*

Leuit. 19.  
27.  
Turrianus.

Clem. Rom.  
Clem. Alex.

Eph. 4. 23.

IV.  
Mulier carnis  
symbolum

Tertio obseruandum scènam tum propter fragilitatem, tum propter petulantem, & pronam ad libidinem naturam carnis, & sensualitatis esse symbolum, quæ est communis Patrum doctrina, & vt multa alia breuitatis causa omittamus, hoc sensu non pauci interpretantur Dalidam illam, quæ Samsonem Philisthis tradidit: sic enim spiritus temerè se carni committens ab ea seducitur, & in Dæmonum venit potestatem. Septem crines ei abscinduntur, quia septem Spiritus sancti donis spoliatur: amissis crinibus exæcatur, & ad molendum ponitur, quia spiritus post amissam gratiam peccati cæcitate inuoluitur, & mundi curis, ac negotiis mancipatur, quod mysterium expendit D. Greg. lib. 7. Mor. cap. 13. *Quod plerumque, inquit, prius oculus contemplationis amittitur, & post carnis desideria huius mundi laboribus animus subingatur, & dicitur Samson, qui postquam oculos perdidit: ad molam deputatus est: quia maligni spiritus postquam sensationum stimulis inuis aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitu laborum mittunt, iuxta illud Psa. 11. *In circuitu impij ambulat.* Huius verò loci, vt hoc obiter dicamus, quo meliùs impiorum infelix status, conditioque intelligatur, multiplex est expositio. Prima Theodreti explicantis de persecutione iustorum, quam impij moluntur iusto circum ire, & obsidere conantes. Secunda Remigij. *Ambulant in circuitu*, quia nunquam intrabunt in illam felicitatem, seu octauam, pro qua hic Psalmus inscribitur, cum semper in miseria voluantur. Itaque significat Remig. Deum recta via quærendum esse, atque adeò impios, qui in circuitu ambulant, nunquam ad Deum peruenturos, quia nunquam ex suo rerum temporalium circulo egrediuntur, quæ eadem ferè est sententià Aug. Tertia Cardin. Caiet. *In circuitu impij ambulat*, id est, semper remoti à centro, qui est Deus, sicut qui semper incederet per circuli peripheriam, siue circumferentiam, nunquam ad centrum pertingeret. Quarta, & postrema esse potest. *In circuitu impij ambulat*, videlicet instar puerorum, qui in circuitu ambulantes torbantur, caduntque subito: sic enim impij circumuolantes circa temporalia continuò perturbantur, & in peccata se pessimè corruunt, interdum etiam Deo puniente subito moriuntur: quia in re Dæmonem imitantur, qui propterea, vt nonnulli aduertunt, læto semper capite, & perturbatus incedit, quia in circuitu ambulat, iuxta illud Iob 1. *Circum uolabat eam, & c.* 1. Pet. 5. *Circum quærens, quem deuoret.**

D. Greg.

Psal. 11. 9.

Theodor.

Impij, cur in  
circuitu  
ambulantur.

Remigius.

Car. Caiet.

Iob 1. 7.  
1. Pet. 5. 8.

V.  
Hæretici omnes  
ad libidinem  
procliuēs.

Ex his iam perspicuum relinquitur, cur locusta capillos instar feminarum habueunt: sunt enim ferè omnes Hæretici ad libidinem procliuēs: quam ob causam hæretici sæpè meretricis nomine censentur. Quanquam enim hæretici dicatur



meretricis, & fornicaria eo potissimum, quod legitimum fidei torum deserat, tamen eo etiam nomine censetur, quod cum morum licentia, & præcipue carnis illecebriis, ac libidine sic coniuncta. Vnde Ariana hæresim D. Augustinus sermone 200. de tempore comparat cum illa meretrice, quæ apud Salomonem 3. Reg. 3. 16 postulat, ut infans vnius medius scinderetur. Quid enim inquit, aliud est, Deum seu Christum dividere, quam dicere Filium minorem esse Patrem, sed altera meretrix, quæ typum gerebat Ecclesia, quod meretrix ante conversionem fuisse, infantem dividi non permittit. Dicit, inquit, illi infansem vnum, & nolite dividere, filius quidem meus est, sed melius apud illam migrat totus, modo apud me maneat maternus affectus. Atque hæc sic prima capillorum ratio. Secunda ratio est, instar fornicarum debiles sunt, & infirmi, & ad Ecclesiam detruendam viribus impares: quod sensu de illis dictum est. Pl. 63. sagitta parvulorum factæ sunt plaga eorum: quia sicut parvuli, in d. sicut mulieres non habent in brachiis robur, & fortitudinem ad sagittam fortiter iaculandam: vnde Ecclesia aduersus Hæreticos inuictum robur, firmitatemque elegantissimi similitudine expressit Regius vates Pl. 77. Edificavit sicut unicomum (aliis unicomis) sanctificum suum in terra. Quæ lo cum expendens Cyrill. Alex. in Esaiam docet, quemadmodum unicomis ceteris est animalibus formidandus: ita Sanctuarium Dei, id est, Ecclesiam horribile hostibus cornu erigere. Verum alia quoque est huius loci expositio, nullam videlicet hæresim, aut lectam Ecclesiam posse labefactare, eo quod ipsa sit veluti unicomis, qui vni habet expellendi venena, à nullaque proinde venenata re potest aliquid detrimenti accipere: in cuius rei typum Exod. 7. virga Moysis, vbi in terram proicitur, fit serpens, & deuorat Aegyptiorum serpentes, quemadmodum obseruauit D. Aug. serm. 86. de tempore. Serpens, inquit, præ sapientia ponitur, iuxta illud Matt. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Ideo virga Moysis, id est, crux Christi, postquam proiecta in terram est, hoc est, ad esultitatem, & fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam, & in tantam sapientiam, ut omnem Aegyptiorum, id est, huius mundi sapientiam deuoraret.

VI. Quod verò non solum ad Hæreticos, sed ad omnes in vniuersum Ecclesie persecutores attinet, admirabilis sanè eius fortitudo describitur Amos 7. vbi iuxta translationem 7c. ita legitur: Ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas, & dixit Dominus ad me: Quid tu vides? Amos. & dixit: Adamantem. Ecce ego iungam, ait Dominus, adamantem in medium populi mei Israël: vbi cernis Ecclesiam sanctam esse murum adamantinum, hoc est, omnino insuperabile, & Christum ipsum Dominum appellari adamantem in manu Patris constitutum, ab eoque in Ecclesia, imò in orbem vniuersum, ut eius omnino iustitiam aduersus omnem suorum hostium potentiam declararet. Vnde apud Hierem. c. 30. dicitur contractus, & contritus esse malleus vniuersæ terræ, id est, Daemon, eiusque sectatores, siue Hæretici sint, siue Tyranni, quoniam murum Ecclesie adamantinum, adamantem inique Christum a cernis istis frangere cum conantur, ipsi potius ab adamantis vi indomabili, atque insuperabili conteruntur. Eadè fortitudo exprimitur Esai. 54. Et ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnaculum tuum. Quem locum D. Hieronymus de immobili Ecclesie firmitate intelligit, & merito: est enim sappirus gemma durissima: iaspis autem aduersus timores vim habet. Est ergo Ecclesia fundata in sapphiris, quia supra diuinam virtutem, & potentiam iacta habet fortissima fundamenta: propugnacula etiam murorum sunt ex iaspide, quia nihil sibi ab hostibus timet. Verum non est prætereunda eiusdem loci iuxta Septuag. translatio, quæ sic habet. Ecce ego preparo tibi carbunculum lapidem tuum.

In quem

D. Aug. 1.

Reg. 3. 16

Hæretici ad

Ecclesiam

detruendam

viribus im-

pares.

Psal. 63. 8.

Psal. 77. 60.

Cyrril. Alex.

Evol. 7.

D. Aug. 1.

Matt. 10. 16

Amos. 7. 7.

Hierem. 50.

Esai. 54. 11.

D. Hieron.

Septuaginta

Interp.

VII  
Apoc

In quem locum Cyr. Alexandri docet per carbonculam Christum Dominum esse intelligendum, cuius similitudinis eam affert rationem. *Quoniam, inquit, qui in Christum crediderit, non pudescit: id quod non caret difficultate, cum carbonculus sit gemma rubicunda, & ex ardentibus potissima, sed ea similitudo iuxta Cyrilli sententiam sic videtur accipienda. Fideles, cum sanguine Christi valde rubeant, quantumcumque iniuriis, & contumeliis afficiantur, non posse amplius rubore suffundi, ut confusionem praeseferant, quia iam per Christi imitationem omnem confusionis roborem induerunt: sicut is, qui maxime esset natura rubicundus, non posset amplius rubore suffundi, quemadmodum praedixit Esai. c. 28. *Qui crediderit, non festinet. Quod exponentes Septuag. translulerunt. Qui crediderit in eum, non confundetur: quam translationem secutus est Petrus i. sua Canon. cap. 2. Itaque non festinare Hebraice est non confundi, sicut festinare confundi: solent enim ij, qui pudore afficiuntur, citò discedere, & festinare, & confusio eorum, pudorque appareat, quem idiotismum Hebraeum Lusitani nostri eodem sensu imitantur, currere pro pudesceri Lusitanos.**

Cyr. Alex.  
Esai. 28. 16.  
Septuag.  
1. Pet. 2.  
Idiotismus  
Hebraicus,  
& Lusitan.

Tertia ratio. Apparuerunt locusta foeminarum crinibus exornatae, quia haereticis nisi instar foeminae sese componat & comat, hoc est, doctrinam suam faciat aliquo veritatis colore illinat, nulla pulchritudinis speciem praeseferet, neque praeturbitudine egredi foras audebit: id quod eleganter exponit D. Bern. serm. 41. super Cant. super illa verba capitis I. *Collum tuum sicut monilia. Solet, inquit, ornari collum monilibus non ipsi comparari, sed hoc illa faciant quibus, quia de proprio non inest decor: aliunde necesse est, ut mendicent, unde se speciosas mentiantur: nam sponsa collum ista in seipso formosum, & tam decenter quasi natura formatum est, ut extrinsecus non requirat ornamentum. Unde sponsus non dixit ab sponse collo pendere monilia, sed ipsum potius esse sicut monilia. Collum intellectus est: hoc igitur sponsae collum, id est, purus, & simplex intellectus cum nudis, & aperta veritate sacris decorus per se ipsum retineat, non indiget ornamento: Haereticorum vero intellectus non habet hunc in se puritatis, veritatisque nitorem: & ideo multam curam gerunt ipsum colorare, & siccare phalera verborum, & versutis syllogismorum, ne si nudus appareat, falsi etiam appareat rursus. Haec Bern. Quarta, & postrema ratio est. Quoniam ferè omnes haeretici ad suas haereses altraendas foeminarum adminiculo, & ministerio vsi sunt: quam rationem fuse persequitur D. Hieron. ad Cosiphontem aduersus Pelagianos, ubi inter alia, *Simon Magus, inquit, haeresim condidit Helena meretricis administratrix, Nicolaus Antiochenus choros duxit foemineos, Marcion Romam praemisit mulierem quae decipiendos sibi animas prepararet, Montanus immani spiritus predicator multas Ecclesias per Priscam, & Marcimillam nobiles, & opulentas foeminas primum auro corrumpit, deinde haeresi polluit: & multa alia in eam sententiam.**

VII.  
Haereticorum  
doctrina veritatis siccitate  
colore illata.  
D. Bern.  
Cant. 1. 11.

Foeminarum  
adminiculo  
vntur haereticis.  
D. Hieron.

Voium Nazareorum de Cesario nutrienda explicatur, & expeditur.

SECTIO XI.

QUONIAM haecenus occasione locustarum habentium capillos mulierum, promissam in vitis instar foeminarum comam cum Ioanne reprehendimus, necessarium duximus explicare, quo mysterio Deus in lege veteri Nazareis suis caesariem nutrire mandauerit, ne diuina per id tempus institutioni aduersati videamur. Sciendum est igitur Nazareos idem esse, quod separatos, a radice Nazar, hoc est, separare) unde Nazir, id est, Nazareus) quali distinctos à communi reliquorum hominum consuetudine, & viuenditatione, suis seque apud Hebraeos quasi religiosos, & speciali caeremonia, & voto Deo consecratos:

Nazareus  
idem est, ac  
separatum.

Num. 6.  
1. Reg. 1.  
Iudic. 13.  
11.  
Nazaraeorū  
ceremonia,  
& ritus.

Leu. 21.

Leu. 21.

Num. 6.

Leu. 10.

Num. 19.

Num. 9. 5. 7.

Num. 6. 9.  
Hebraica  
veritas.

Abulensis.

Act. 18. 18.

quemadmodum traditur, Nu. 6. Erant Nazaraei duplices, quidam enim habebant votū perpetuū, vt Samueli. Reg. 1. & Sālon Iudic. 13. alij ad certum tempus, quod nō erat lege definitū, sed vnusquisque pro sua deuotione tempus sibi praeſuſinebat. Quod verò attinet ad ceremonias, ac ritus Nazaraeorum, sic habe. Primum Nazaraei toto ſue ſanctificationis tempore abſtinebant à vino, & ab omni, quod poſſet inebriare, ita vt ne acetum quidem ex vino, neque ex qualibet alia portione poſſet bibere, neque vvas, ſive recentes, ſive paſſas comedere: deniq; nihil, quod ex vinea oriretur, ab vva paſſa vſque ad acinum ſumere. Secundo. Non poterāt pollui ſuper mortuo etiam ſi pater eſſet, aut mater: qua in re Nazaraei perfectiores erant minoribus ſacerdotibus, quibus contaminari licebat ſuper patre, matre, fratre, & ſorore, non autem ſuper reliquis, vt patet Leu. 21. Itaque tāta diſciplinā ſeueritas hac in re impoſita erat Nazaraeis, quanta vti ipſi Sacerdoti ſummo, qui etiam non poterat contaminari ſuper aliquo mortuo, etiam ſi pater eſſet, aut mater. Leuit. 21. Imò, quod plus eſt, ſi quiſquā corā Nazaraeo ſubito moriebatur, cenſebatur pollutus, Nu. 6. Contaminabatur autem aliquis apud Hebraeos ſuper mortuo, ſi tangeret cadauera, aut oſſa reperta in agro, aut iret ad ſum plangēdū, aut domum, in qua eſſet, ingrederetur, aut aliqua illius vaſa cōtingeret: quolibet enim horū modorum contrahebatur immunditia legalis ſeptem dierum, vt patet Leu. 10. & Nu. 19. Tertio. Præcipua Nazaraei ſanctificatio poſita erat in caſarie nutrienda, ſic enim dicitur Num. 6. *Sanctum eris crescente caſario capiti eius: & paulò inferſus: Conſecratio Dei ſuper caput eius.* Itaque toto ſui Nazaraeatus tempore neque radi, neque tonderi Nazaraei poterant. Quarto. Si contingeret Nazaraeum pollui ſuper mortuo, omnes ſue conſecrationis præcedentes dies irriti reddebātur, cogebaturque denuò ſui voti tempus inchoare. Itaque caput eius radebatur in ipla die, in qua immunditiam incurrerat, & præterea iterū ſeptima capilli illi, qui ſeptem illis diebus ſucceuerant, radebantur ad maiorem munditiā: & hoc quidem iuxta noſtram editionem vulgatam Num. 6. quæ ſic habet: *Radet caput illi in eadem die purgationis ſue, & iterū ſeptima.* At vero iuxta Hebraicam, vt vocant, veritatem ſic eodem loco legimus: *Radet caput ſuum in die purgationis ſue, in die ſeptima radet illud.* Itaque non bis radebat, ſed immundus manebat ſeptem diebus ſecundum legem iam citatā, & ſeptima die radebat caput, quæ dies propterea dies purgationis eius appellabatur: ſed noſtra tamen editio vulgata retinenda eſt, & congruenter illi de hac ceremonia ſentiendum. Hæc vero ceremonia radendi caput poſt immunditiam contractam intelligenda ſolū eſt de Nazaraeo temporali: nam perpetuus nunquā radebatur, quantūcunque pollueretur, vt affirmat Abul. q. 12. ſuper 13. caput Iudicum: quemadmodum & ſequēs: cogebatur enim die octavo poſt pollutionem offerre duos turtures, vel duos pullos colubarum Sacerdoti ante oſtium tabernaculi, quorum alter pro peccato, alter in holocauſtū litabatur, & præterea vnum vitulum pro peccato immolandum. Quintò, quod etiam ſolū ad Nazaraeos temporales pertinebat. Finito ſui voti tēpore adducebatur Nazaraeus à Sacerdote ad oſtium tabernaculi, ibique offerrebat pro eo agnum anniculū immaculatū in holocauſtū, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietē immaculatam in hoſtiā pacificam, & caniſtrum panum azymotū oleo cōſperſorū, & lagana abſque fermento vnctā oleo. Itaque omne ſacritiū, i genus peragebat, videlicet holocauſtum, ſacrificium pro peccato, & hoſtiam pacificam. Quibus omnibus peractis ſacrificiis radebatur Nazaraeus, & capilli cremabantur igne altaris holocauſti. Vnde eſt illud Act. 18. *Paulus verò cum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens nauigauit ſyriam, & cum eo Priſcilla, & Aquila, qui ſibi tonderat in Chen-*

in Chenebris caput: habebat enim vultum; eodemque sensu videtur accipiendum illud Act. 21. 23. quod dicitur in est Paulo; sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se; his assumptis sanctificata cum illis, & inpendens illis, ut radant capita. Sexto. Cum essent iam coctae carnes sacrificij pacifici, extrahabatur armus dexter, & ponebatur super manus Nazarei iam rati simul cum torta vna de canistro absque fermenco, & lagano azymico vno, & haec omnia ipse manibus suis Deo offerre videretur. Denique sacerdos illa iterum de manibus eius suscepta presentabat in conspectu Domini, & eleuabat versus sex partes, seu differentias, ut appellantur, positionis. t. ante, & retro sursum, deorsum, in dextram, & sinistram partem, & sanctificata Sacerdotis erat: quibus ceremoniis perfectis eiusmodi siue vir, siue mulier absoluebatur à Nazaratu, atque ad communem, cum aliis consuetudinem redibat. Haec de Nazaretorum legalibus ceremoniis.

Quod verò ad mysterium spectat. Quamquam D. Greg. lib. 32. Moral. cap. 17. D. Ambr. lib. de 42. mansionibus mansione 12. & alij velint Nazaretos typum abstinentium, & continentium fuisse: nos tamen de Religiosis interpretabimur, hos enim Nazareti, praecipue verò perpetui ad viuum expresserunt. Igitur Religiosi sunt veri Nazareti, id est, separati à communi hominum consuetudine, in quos mirifice quadrat illud Thron. 4. Candidiores Nazaretus eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo sapphiro pulchriores. Quibus verbis tria videntur religionis vota elegatibus similitudinibus comprehensa: in niue quidem, & lacte castitas, in ebore antiquo obedientia, paupertas in sapphiro. Primum namque candidissima, & quasi niuea, atque lactea castitas est, ut merito via illi lactea, quae in caelo interdum apparet, comparari debeat; nam quod castitas candidissima sit, & purissima, ex eo sit perspicuum, quod in sacris literis per excellentiam sanctitas, siue sanctimonia dicitur veluti Hebr. 12. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimonia, sine qua nemo videbit Deum. Quo loco sanctimonia pro castitate posita esse docet D. Hier. in c. 47. Ezech. D. Chrylost. in eum locum, & hom. 7. in cap. 2. epist. ad Eph. & hom. 5. in cap. 4. Epist. ad Theod. Theod. in eum locum, & Ioan. Cassian. lib. 6. cap. 16. Aduertendum porro est, pro sanctitate Graecè esse ἀσμενός, quod nomen secundum etymon significat secretionem à terra: γη enim, siue γη a terram significat, vnde ἀσμενός, id est, sanctus quasi sine terra: nihil enim planè terrenum habet castitas, sed expers est omnis terrenae creationis. Idem confirmatur ex 1. Ioan. 1. Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: & omnis, qui habet spem hanc in eo sanctificat se, sicut & ille sanctus est. quo loco confiterur D. Thom. alias legi, Castificat se: eamque lectionem consequutus est D. August. tract. 4. in 1. epist. Ioan. vbi sic legit: Et omnis, qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum, sicut & ipse castus est. Habes igitur castitatem plusquam lacteam esse, siquidem per excellentiam purissimus ipse sanctitatis candor appellatur. Quod verò sit via ad videndum Deum, atque aded via illa lactea caelestis, ex iisdem locis est exploratum. Etenim prius dixit Apostolus: Sine qua nemo videbit Deum: & in posteriori Ioannes cum praemississet: Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, continuo subiicit: & omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat seu castificat semetipsum, quasi diceret: qui cupit habere spem videndi Deum, debet castitatem colere. Deinde dicuntur. Rubicundiores ebore antiquo, propter obedientiam votum: sicut enim ebur diuturnitate temporis rubescit, ut eo ipso loco innuitur, & communiter traditur ab scriptoribus, ita obedientia diuturna instar martyrij est eiusque sanguineum ruborem imitatur. Vnde factum est, ut ascensus ille purpureus martyrij symbolum feruli Salomonis, de quo agitur Canticor. tercio. Ferulum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, non solum passionem

Act. 21. 23.

III. D. Gregor. D. Ambr.

Thron 4. 7. Religiosis vota.

Castitas via lactea.

Heb. 12. 14. D. Chrylost. D. Hieron.

Theodor. Ioan. Cass.

1. Ioan. 3. 2.

D. Thom. D. August.

Obedientia instar martyrij.

Cant. 3. 9.

Christi, sed eius in ipsa passione obedientia significauerit. Per eam enim tanquam per ascensum purpureum ad gloriam sui corporis, & nominis celebritate ascendit & testatur Apost. Philip. 2. *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen: quod est super omne nomen.* Denique in sapphiris paupertas exprimitur: sicut enim sapphirus est celestis coloris, sic paupertas sapphirina est, ac celestis in Deo solo spem collocans, ipsumque calorum regnum tanquam mercedem expectans, iuxta illud Marth. 5. *Beati pauperes spiritu, quonia ipsorum est regnum colorum.* Accedit, quod, ut auetor est Plin. lib. 37. c. 9. sapphirus autem punctis collucet, sic enim paupertas ipsismet contemptioibus rerum temporalium quasi quibusdam stellis depicta, & interlita calum ipsum representat. Atque huc pertinet illud Exod. 24. ubi Deus apparuisse scribitur super thronum sapphirinum: *Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi si calum, cum serenum est: esse enim pauperes Dei thronum palam est ex c. Etai 66.* Ad quem respiciam nisi ad pauperulum, & contritum spiritum, & tregentem sermones meos? seu, ut legit D. Amb. li. 6. Hexam. e. 8. *super quem requisiscam nisi super pauperem?* Est ergo paupertas thronus sapphirinus, in quo Deus cum maiestate residet.

III.  
Religiosis curanda est puritas mentis.  
Esa. 51. 11.  
D. Gregorius

Secundo. Religiosi iustar Nazareorum debent ab omni, quod inebriare potest, abstinere, id est, omnia illa subterfugere, quae lynceram metis puritatem possunt vel minimum perturbare: cuius puritatis ratio traditur Esaia 52. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio eius, mundamini, qui fertis vasa Domini.* Quem locum D. Greg. 2. parte cura Pastor c. 2. de Praelatis interpretatur. *Vasa, inquit, Domini ferunt, qui proximorum animas ad aeterna sacramenta perducendas in sua conuersationis fide suscipiant: apud semetipsos ergo quantum debeant mundari, conspiciant, quia necesse est, ut esse munda sit deat manus, quae diluere aliorum sordes curat, ne tacta quaque deterius inquinat, si sordida in semens lutum tenet.* Unde Exod. 28. praecipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicij vitru ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitatione sua possideant, sed ratio sola cunfringat, ne indifferetum, quid, vel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus ex gravitate semper debet ostendere, quantum in pectore rationem portat. Atque haec quidem de praelatis, & Sacerdotibus Greg. Quae meritiissimo Religiosis accommodari debent, ad quos etiam pertinet alios siue praedicatione, siue consilio, siue exemplo mundare: hinc enim modis omnibus vasa Domini in Ecclesia portant, quae ne polluant, muni ipsi in omni actione debent, & omnibus, quae ipsorum mentem turbare, vel inquinare possunt, abstinere.

V.  
Occasio peccati vitanda.

Tertio obseruandum, Deum non sine mysterio, quia volebat Nazaraos a vino abstinere, striete precepisse, ne uas etiam passas comederet, imo ut ab ipsis uatibus acinis sibi temperarent, ne videlicet ab acinis ad uas, ab uis ad vinum transiret. Itaque uatium, & acinorum prohibitio nihil aliud fuit, quam praecipi de non bibendo vino stabiliendi providentia, & viam omnem ad vini epotationem obstruere. Sic nimirum uomnes, & Religiosi praecipue edocentur ad crimina, & omnem omnino imperfectiorem vitandam, quae cunque vel minimam cum peccato cognationem habent, omnesque eius occasiones praecidere. Eodem consilio Deus cum prohibuisset Iudaeis in die sabbati cibos parare, simul etiam, ne eo die ignem domi haberent, interdixit, quia habere ignem domi poterat esse parandi cibos, atque adeo praecipi violandi occasio. Exod. 33. *Septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur, non succendetur ignem in omnis habitaculo vestro per ibem sabbati.* Aduerte autem Hebraeos hoc loco dicere, non solum non esse stucendum ignem die sabbati, sed neque ex lapide, aut metallo eliciendum, neque fouendam laiapadem, nisi forte propter infirmum: & ut nunquam

Exod. 33. 2.  
Hebraei.

vt nunquam nugari delinunt inter pretantur, si propter vim frigoris ignis accendi debeat, non esse tolle, sed arundine sufflandum, vt videre licet in expositione preceptorum, qui habetur in libello translato à Münstero inter præcepta negativa à præcepto sexagesimo quinto vsque ad sexagesimum nonum. Et quoniam Rabbi Abraham Abenestras sic legè interpretabatur, prohiberi quidè succedere ignem ad parandū cibos, non tamen ad calefaciendū, si viget et frigus: alij Rabbini iudicantes liberiorè hanc interpretationè sabbati religionem eluare, eundem Rabbi Abenestras hæreticum declararunt, aduersusque eum conscripserunt libellum Sabbati personam per pro popo præam fingentes aduersus Rabbi Abenestras disputantè, quem admodum refert Abul. q. super c. 35. Exod. similiter Exod. 12. cum agitur de paschate, & de septem illis diebus azymorum, non solum interdicitur, ne vescantur fermentato, sed vt ne fermentum in domibus habeant: *Primo mense decima quarta die mensis ad vespèram comedetis azyma vsque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vespèram: septem diebus fermentati non inuenietur in domibus vestris:* quo loco Paraph. Chald. & 70. fermentum in domibus vestris: Denique Exod. 19. cum prohibuisset hominibus montem Syna tangerè, præcepit etiã ne iumentum ad montem accederet, quia poterat esse occasio legis violandæ. Hanc eandem ob causam, vt hoc mysticè addamus, Ezech. 8. reprehenduntur Sacerdotes, qui stabant ante picturas idolorū, quæ erant depicta in pariete in circuitu tēpli, habens vnusquisque thuribulum in manu sua. *Ecce omnis similitudo reptilium. & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum: & septuaginta viri de senioribus domus Israel stabant ante picturas, & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua.* Etenim occasiones peccandi sunt quædam veluti picturæ idolorum, ante quas stat, qui sese peccatorum occasionibus obiicit, & multo magis qui eis per delectationis, & ipsius ferè consensus quendam veluti odorem thurificat. Quantum verò occasiones peccandi fugiendæ sint, suo exemplo docuit Iob sanctissimus, qui de se loquens ait c. 31. *Pepergi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* In quem locum Glossa, *vsusum*, inquit, sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, consensus opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio. Vnde merito Th. 3. dicitur: *Oculus meus depradatus est animam meam.* Annotauit verò in eundem locum Caiet. Iob suum hoc propositum appellasse fœdus propter firmitatem: *Deliberatum*, inquit, *ac firmatum propositum significat dicendo, Pepergi fœdus quoniam deliberavi fixo & immobili proposito ad instar pangentis fœlus, quod inuisiolabile debet esse: ideo enim pacta fiunt, vt non liceat mutare.* Hæc ille.

Quarto. Non poterat Nazareus pollui super mortuum, etiam si pater esset, aut mater, quia in viris Deo consecratis omnis est carnalis affectus etiam ipsorum parentum amputandus. Vnde Christus Dominus Matthæi 8. cuidã, qui ipsum quidem sequendi habebat voluntatem, sed tamen ab eo facultatem ad patrem prius sepeliendum, hoc est, cum patre manendum, quousque ille, qui senex iam erat, diem obire suum, postulabat, respondit: *sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quo pertinet illud Psal. 44. *Audis filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum:* & illud Deuteron. 33. vbi Moyses Leuiticam tribum benedicens, quæ erat Deo consecrata, ita loquitur: *Qui dixit patri suo, & matri sue, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro vos, & nescierunt filios suos, si custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, benedic Domine fortitudini eius.* In quibus postremis verbis aduerte hanc parentum, & propinquorum propter Christum ignorantiam fortitudinem appellari, quia animum planè inuictum, & generosum requirit. Atque hoc est vnum ex

Rabbi Abe-  
nestras hæreti-  
cus à Rabbi-  
nis declara-  
tur.  
Abulenst.  
Exodi 12. 18  
Exodi 19.

Ezech. 8. 10.

Iob 31. 1.  
Glossa. 1.

Thren. 3. 51.  
Caietanus.

VI.  
In religios  
omnis carna-  
lis affectus  
est amputan-  
dus.  
Matth. 8. 22.  
Psal. 44. 11.

Deut. 33. 9.



- operibus præcipuis, ad quæ patranda Christus se venisse confitetur, Matth. 10.
- Matt. 10. 54. *Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam. Sicut enim gladius ea, quæ sunt vnita, & coniuncta, diuidit, ita gladius diuini verbi, & consiliorum Christi debet ea, quæ sunt maximè coniuncta, diuidere, id est, carnales parentum, & consanguineorum affectus, omnemque carnis coniunctionem ad liberius Christum sequendum dissecare. Quæ ob causam Cant. 3. sexaginta illi de fortissimis Israël, qui lectulum Salomonis, hoc est, siue Ecclesiam, siue suam ipsorum conscientiam ambiabant, & propugnabant, in Religiosorum typum appensos super femur gestabant gladios, ad omnem carnalem affectum, qui per femur intelligitur, omnemque carnis petulantiam præcidendam. Et quidem hæc ex terrenis abstractio, quæ in viris Deo mancipatis reperiri debet, expressa est in eo, quod Ezechiel Propheta ab spiritu fuit eleuatus inter caelum, & terram, & habes c. 8. *Emissa, inquit, similitudo manus apprehendit me in cincinnis capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram, & caelum. Quem locum trañans D. Greg. lib. 31. Mor. c. 9. sic ait: Manus desuper mittitur, & Propheta per cincinnum capitis eleuatur, quia cum nostra mens sese per custodiam colligit, vis superna sursum nos ab infimis trahit: & quilibet sanctus in carne mortali positus inter caelum, & terram est constitutus, quia planè quidem adhuc ad superna non peruenit, sed iam tamen ima derelinquit. Itaque vult Gregorius eum, super quem manus diuina mittitur, cuiusmodi est Religiosus, esse inter caelum, & terram collocatum, quia nec terræ adhæret per affectum, nec in caelo adhuc est per fruitionem, sed tantum per desiderium, iuxta illud Pauli ad Philip. 3. *Conuersatio nostra in caelis est*, quasi diceret, vitam quidem in tertis agimus per carnem, sed per desiderium, & affectum in caelo conuersamur.**
- Philip. 3. 20.
- VII. Quinto. Mirum sanè est, quod Nazareus, si quisquam coram eo mortuus repente concideret, pollutus censebatur, cum ea mors ad eum nihil pertineret. Lyranus super 6. c. Numerorum, respondet voluisse Deum, vt Nazareus eiusmodi mortem subitam suis peccatis attribueret, quod ego de humilitate accipio, quæ tanta debet esse in Religioso viro, vt quicquid mali contingit suis peccatis ascribat: quanquam & illud addi potest, censeret pollutum Nazareum, homine coram illo repente mortuo, quia existimari poterat eius interfecto: illudque indicatum mysterium, sancto, & religioso viro vel ipsam mali speciem, ac præsumptionem etiam expertem culpæ velis, remisquæ fugiendâ, iuxta illud Apostoli 1. ad Thef. 5. *Ab omni specie mala abstinete vos: siue, Ab omni specie mali*, vtroque enim modo reddi potest Græcus contextus: quanquam prior lectio est germanior, eamque cum D. Hierony. sequuntur interpretes. Sexto. Nazaræi sanctificatio potissimum sita erat in caesarie nutrienda: caesaries capitis est bonarum cogitationum germinatio quibus inualescentibus homo sanctus efficitur: quoniam præcipua Religiosi, & cuiusuis hominis sanctitas in internis affectibus, & cogitationibus, quæ tanquam pulcherrima caesaries animam exornant, sanctè nutriendis, & conseruandis posita est. Quamobrem Psal. 44. dicitur: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato: & paulo post: Omnis gloria eius filia Regis ab intus in fimbria aurea, circumamicta varietatibus*. Quo loco est obseruandum non dictum esse omnem huius Reginæ gloriam esse intus, sed ab intus, quia sanctitas etiam potissimum in mente consistit, non debet tamen mentis cancellis concludi, sed in externa etiam opera redundare: hæc enim sunt illæ fimbriæ aureæ, & varietates, quæ ex eius aureo vestimèto, id est, charitate pendere describuntur: Ita hunc locum intellexit D. Aug. *Omnis, inquit, gloria eius filia Regis ab intus, extrinsecus non solum vestis est aurea, & variata, sed intus pulchram nouit, qui speciem eius amauit: quæ sunt interiora pulchritudinis: conscientia:*
- Religiosa vel ipsa mali species fugienda est.
1. Thef. 3. 22.
- Psal. 44. 16.
- Sanctitas sit in mente, & in exteriora opera redundat.
- ibi

ibi amat Christus, ibi alloquitur, ibi coronat: sed in simbryis aureis varietas est linguarum, do-  
 ctrina, decus: ista quid profunt, si non sit pulchritudo illa intrinsecus? Septimo. Si contin-  
 geret Nazaræum pollui super mortuo, cæsaries pristina quasi polluta, & immun-  
 da reddebatur, vt noua, & sancta succresceret, qui affectus omnes, & cogitationes,  
 si aliqua peccati labe inquinentur, omnino amputandæ sunt, & relecandæ: vt de-  
 inceps sanctæ alix de nouo pullulent. Quo eodē mysterio fœminam, quæ in bello  
 ab Hæbræis caperetur, præcipiebat Deus omnino radi, Deut. 21. Si egressus fueris ad Deut. 21. 10  
 pugnam contra inimicos tuos, & tradideris eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuos que  
 duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & ad amaueris eam, volueris-  
 que habere uxorem, introduces eam in domum tuam, quarades cæsariem, & circumcidet un-  
 gues, & deponet vestem, in qua capta est. Quod exponens Glossa docet per hanc mu-  
 lierem significari mysticè peccatricem animam, quæ pulchra quidem dicitur ra-  
 tione imaginis Dei, sed captiua ratione criminis, iuxta illud Ioann. 8. Qui facit pec-  
 catum, seruus est peccati. Hanc aliquando amat Christus, vt patet de Maria Mag-  
 dalena, Lucæ septimo: cupitque eam habere sponfam per fidem formatam cha-  
 ritate: oportet tamē interim, vt radat cæsariem, & vestem pristinam exuat, hoc  
 est, vt omnia vitia, & antea cæta vitæ crimina per contritionem deponat, circunci-  
 dat etiam unguis, id est, omnem peccandi occasionem præcidat.

Octauo. Si contingeret Nazaræum pollui super mortuo, omnes dies præteriti VIII.  
 sui Nazaræatus irriti censebantur cogebaturque de nouo tempus voti inchoare.  
 Gaudet enim maximè Deus continuata sanctitate, vultque, vt si aliquando per  
 culpam intermittatur, existimemus nihil nos hæcenus profecisse, sed iterum no-  
 uo conatu, ac si nihil antea egerimus, virtutis viam arripiendam, iuxta illud Psal.  
 76. Et dixi, nunc capi. Et quidem nunquam in virtute sistendum, sed conandū sem-  
 per ad vltiorem gradum Deus ipse monet. Hieremias 3. Patrem vocabis me, & post  
 me ingredi non cessabis, id est, semper per imitationem meis vestigiis insistes, quo-  
 niam semper tibi multum supererit imitandum siquidem non hominis tantum, sed  
 Dei etiam vestigia persequeris, quem quantumcumque properes, consequi  
 nunquam poteris, quemadmodum sponfa suo illo clamore, & defatigatione con-  
 fitetur, Cantic. 1. Trahe me post te: curemus in odorem unguentorum tuorum. Id quod ex-  
 pendens D. Bern. serm. 21. super Cant. Quid mirum, inquit, si indiget trahi, quæ post  
 Gigantem currit: quæ comprehenderentur eum, qui salit in montibus, & colles transiit, ve-  
 lociter enim currit sermo eius. Psal. 147. Non valet ex aquo currere, non potest pari cum illo  
 celeritate contendere, qui exultat, vt Gigas ad currendam viam, Psal. 18. Et propterea rogat se tra-  
 hi: Fessum sum, inquit, desicio: noli me deserere, ne vagari incipiam post alios amatores, nec cur-  
 ram quasi in incertum. Et rectè quidem Bernardus, sunt enim Christi exempla per-  
 fectissima, & quasi Gigantis spatia, quæ nemo vnquam perfectè poterit imitari,  
 quemadmodū puer non potest suo passu passum hominis, nedū Gigantis æquare,  
 iuxta illud poetarum principis de puero Alcanio, sequiturque patrem non passibus a-  
 quis: quæ omnia complexus est ipse Dominus, cum dixit loco Hieremiæ citato:  
 Post me ingredi non cessabis. Eundem sensum efficit illud Esai. vigesimo septimo: Flo-  
 rebis, & germinabit Israel. Quo loco observa non sine mysterio prius dictum esse flo-  
 rebis, quàm germinabit, cum è contrario plantæ prius germinant, quàm floreat:  
 quia videlicet iustus, cum in flore est, adhuc se debet reputare in germine esse, vt  
 conetur magis efflorescere, & in vberem fructum erumpere. Adde illud etiam si-  
 gnificari sanctum, & religiosum virum, cum in flore est aliquarum virtutum, eò  
 ipso tēpore alia ex parte germinare debere, vt de nouo efflorescat, & fructū ferat.  
 Itaque cum quosdā flores, & fructus produxerit, debere simul in aliorū quoque

Glossa.

Psal. 76. 11  
 Hierem 3. 19.  
 In virtute  
 nunquam si-  
 stendum.

Cantic. 1. 4.  
 D. Bernard.  
 Psal. 147.  
 Psal. 18.

Esai. 27. 6.

bonorum operum germina pullulare, vt semper in germine, in flore, & fructu sit.

IX. Nono. Peracto voti tempore radebatur Nazareus, capilli que in altari holocausti cremabantur: cuius rei mysterium illud esse docet D. Greg. lib. 2. Mor. cap. 39. tunc nos ad perfectionis summam pertingere, cum sic exteriora vitia superamus, vt etiam cogitationes superfluas à mente telecemus, quas nimirum sacrificij igne concremate est flamma eas diuini amoris incendere, vt cogitationes superfluas cor quasi Nazarai capillos concremans totum in Dei amore ardeat. Ad hæc completo suo Nazaratatu omnia sacrificiorum genera celebrabat, quia qui per vota in religione nuncupata se Deo consecrat, omne sacrificij genus ea oblatione complectitur. Nam quod attinet ad hostiam pro peccato, integram peccatorum remissionem conferri in ingressu religionis ex eo est perspicuum, quod à patribus in religionem ingressus secundo quidam baptismo comparatur. Sic enim docent

D. Greg.

Religionis in  
gressus omnia  
sacrificia cõ-  
plectitur.

D. Hieron.

D. Bernard.

Esai. 65. 24.

D. Thom.

D. Hieron.

D. Bernard.

Mat. 5. 10.

D. Hier. Epistola ad Paulum, & D. Bern. de præcepto, & dispensatione. Hostia verò pacifica, quæ siue à placando Deo, siue ab eodem promittendo nomen accepit, etiam in religione continetur: siquidem Deus facillimè Religiosorum precibus, ac votis se finit exorari, iuxta illud Esaiæ 65. *Antequam clament, ego exaudiam*: & Psal. 33. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum*. Iam verò holocaustum vsque adeo in religione repetitur, vt affirmet D. Thomas 2. 2. quæst. 186. art. 7. religionem nihil esse aliud, quàm holocaustum: id quod ex eo confirmat, quia sicut in holocausto tota hostia cremabatur, ita Religiosus nihil habet, quod Deo non offerat: nam externas opes offert per votum voluntaria paupertatis: bonum corporis per votum continentie: bonum animæ per votum obedientie, subiciens Deo propriam voluntatem, per quam homo omnibus potentis, & habitibus animæ utitur. Denique vt nullum sacrificij genus religioni deesset, ipsa quoque illustrissimè quoddam est martyrium, vt auctor est D. Hier. in Epitaphio Paulæ: *Non solum, inquit, effusa sanguinis in martyrio reputatur, sed deuota quoque mentis seruitus in maculata quotidianum martyrium est: illa corona de rosis, & violis plectitur, ista de liliis. Vnde Cantic. 5. dicitur: Dilectum meum candidus, & rubicundus, & in pace, & in bello eadem præmia vincens tribuens*. Et D. Bern. serm. 1. omnium sanctorum expendens, cur Christus idem præmium pauperibus, & martyribus polliceatur Mat. 5. *Beati pauperes spiritu, quonia ipsorum est regnum caelorum. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quonia ipsorum est regnum caelorum. Quid sibi vult, inquit, quod eadem promissio facta est pauperibus, & martyribus, nisi quia vere martyrij genus paupertas voluntaria est? Atque hæc tum de legalibus, ac typicis, dum de Euangelicis, ac veris Nazarais dicta sufficiant.*

Cur locustæ habeant caudas similes scorpionum, & in caudis aculeos?

*Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.*

## SECTIO XII.

Plinius.

I. **S**corpio, vt auctor est Plinius lib. 11. hist. naturalis cap. 25. grauiore supplicio lenta per triduum morte conficit. Sempet cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasio: ferit & obliquo ictu, & conflexo. Venenum ab ijs candidum fundi Apollodorus auctor est: geminos quibusdam aculeos esse marelsque sauisitios. Constat & septena caudæ internodia lauiora esse: pluribus enim sena sunt. Tradit Palladius de aliorum sententia fugari scorpiones, si aliqui eorum in medio domus exurantur.

Hinc primum est, quod subdoli, & astuti homines scorpionibus comparantur, veluti

veluti Ezech. 2. vbi Dominus ad prophetam loquitur: *Increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* Sic enim locum interpretatur D. Greg. ho. 9. super Ezech. *Increduli Deo subuersores infirmantibus proximis, scorpiones etiam fortibus, ac robustis, quibus etsi in faciem contradicere non praesumunt, ex occulto tamen vulnusa derogationis inferunt, & occultis machinationibus feriunt.* Vbi cernis ex Græg. occultum detractorem scorpionem appellari. Eodem sensu dicitur Ezech. 26. *Sicut bouem iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem: vbi mala mulier comparatur in primis iugo: quod propter nimiam laxitatem huc illuc mouetur, ita vt malè boues coniungat: quia nimirum omnia domi perturbat, & coniugi pacem dirimit: deinde scorpionem, quia sicut scorpio venenum suum non in capite, sed in cauda habet, quod lethifero ictu, per caudæ inflectionem infundit: ita mala mulier occasione nocendi captat, & nacta opportunitate furtim quasi scorpio arcuato vulnere percutit.* Eandem etiam ob causam Dominus Lucæ 10. Dæmones appellauit scorpiones, cum septuaginta duobus discipulis reuertentibus cum gaudio, & dicentibus: *Dominæ etiam Dæmonia subijciuntur nobis,* respondit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit: quo loco sermonem esse ad literam de Dæmonibus, præterquã quoddam ex ipso sermonis contextu aperte colligitur: testatur etiam Tertull. lib. 4. aduersus Marcion. c. 24. Quemadmodum & Psalm. 90. cum dicitur. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Aduerte autem Dæmones comparari serpentibus, qui venenum habent in ore, & scorpionibus, qui in cauda, quia actionem bonam & in principio, & in fine corrumpere, deprauereque moliantur, in principio quidem intentionem vitando, in fine autem inanem gloriam suggerendo: in quem eundem sensum accipi potest illud, quod inferius hoc ipso capite dicitur: *Potesse equorum in ore, & in canis eorum.*

Ezech. 2. 6. *Subdoli homines, ac detraCTORIS scorpionibus comparantur.*  
D. Greg. *Ecc. 26. 10. Mala mulier scorpionis similis.*

Luc. 10. 19.

Tertullian. *Psalm. 90. 13. Cur Dæmon serpentibus, & scorpionibus comparatur.*

Verum quod attinet ad scorpionis caudam, qua Dæmonum insidias manifestè significat, idem habemus expressum Gen. 3. cum dictum est ad serpentem: *Ipsa, id est, mulier observabit caput tuum, & tu calcaneum eius.* Quem locum expendens D. Greg. li. Moral. c. 38. *Caput, inquit, serpentis observare est initia suggestionis eius aspiceret, & manu sollicita considerationis à cordis aditu funditus extirpare: qui tamen cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur: quia etsi suggestionem primam intentionem non percutit, decipere in fine tendit: imò cum neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quos fini suo appositos Propheta prospexerat, cum dicebat Psalm. 55. *Ipsi calcaneum meum observabunt:* quia enim in calcaneo finis est corporis: quid per hunc nisi terminus significatur actionis? nec verò solum fini actionis, sed multò etiam magis in fine vitæ Dæmon instar scorpionis cauda sua insidiatur: quo sensu accipiendum est illud Psalm. 48. *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Quasi dicat: Ratio cur timeere debeam in die iudicij est iniquitas in fine vitæ suscepta: cum autem Regius vates calcaneum nominavit, alludit ad serpentem, qui calcaneum mulieris observare dicitur, Gen. 3. Ita hunc locum intellexit D. August. in comment. eius Psalmi, vbi docet homini non tam timendum esse à die iudicij, quam à die mortis suæ, eo quod inde pendeat æternitas, quasi dixerit Regius vates, Cur timeo à die iudicij, si ex iniquitate calcanei mei, id est, malo vitæ meæ sine malitia, & acerbitas illius diei pendet? *Modò igitur, inquit, homines provideant sibi, vitent iniquitatem calcanei sui, in calcaneo enim quisque labitur.* Etenim à Deo dictum est serpenti: *Ipsa tuum observabit caput, & tu eius observabis calcaneum.* Si Dæmon calcaneum tuum observat, vt te deiciat: tu caput illius observa, caput illius initium mala suggestionis est: quando incipit mala suggerere, tunc repelle ante-*

III. *Gen. 3. D. Gregor.*

Psalm. 55. *Morientibus Dæmon magis insidiatur.*  
Psalm. 48. 6.

D. August.

quam surgat delectatio, & sequantur consensus, & vitabis caput eius, atque adeo non apprehendet ille calcaneum tuum. Hæc August. Vbi cernis de sententia Augustini Dæmonem instar serpentis calcaneo insidiari, id est, tum finem actionis, tum extremum vitæ tempus obseruare. Vtramque enim expositionem tradidit loco citato Augustinus, quod idem est, atque scorpionem esse non ore, sed cauda ferientem: in cuius rei typum Amalec extremam Hebræi exercitus partem fuit aggressus, quem admodum dicitur Deut. 25. *Memento que fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Agypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassè residebant, occiderit.* Sic enim dæmon extremæ vitæ nostræ actiones, quali iam viribus defectas, & præ senectute, & corporis infirmitate languentes vehementius aggredi consuevit.

Deut. 25. 17.

Et his iam planum relinquitur, quanto iure Hæreticæ locustæ cum scorpionum caudis describantur. Primum, quia omnes in vniuersum Hæretici callidissimi sunt,

III.

& maxime fraudulentis, & inflexo, atque obliquo ictu scorpionum instar ferientes: quam eandem ob causam cõparantur vulpibus, quæ est altera illustris ad hoc ipsum declarandum similitudo, veluti Ezech. 31. *Quasi vulpes in deserto propheta tui Israël.* Et

Heretici, vulpes dicuntur. Ezech. 31. 3. Cant. 2. 15. Theodor. D. Ambros.

Cantic. 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas: nam vinea nostra floruit: quod de hæreticis accipiunt Theod. in cõment. super Cant. & D. Ambros. in Psal. 118.* Vbi aduertit mādari, vt vulpes exterminentur, dū vineæ florent: quia hæretici florentibus vineis, id est, tenentis adhuc in fide multo magis nocent, adultis autem iam vitibus, id est, perfectis nocere vix possunt. Eundem locum enarrans Orig.

Origenes.

hom. 4. super Cant. docet huiusmodi vulpes esse peruersos hæreticorum magistrus, qui vineam Domini, id est, Ecclesiã exterminant, ne floreat in fide, admoneri que Doctores Catholicos, vt dum adhuc puilla sunt istæ vulpes, & incitum habet praua doctrina, hæreticos arguere festinent, ad quam rem persuadendã afferit exemplum Samsonis, qui trecentas vulpes cepisse, easque alligatis caudis, ardentibusque facibus interpositis in Philistinorum segetes, vineas, & oliueta emisisse describitur

Iudic. 15.

Origenes.

Iudic. 15. Caudam vero ad caudã alligare, inquit, Origenes. est aduersantes sibi hæreticos, ac diuersa sentientes cõnectere, & inter se conferre, ex propriisq; eorum sententijs, & argumentis propositiones colligere, atque in eorum segetem ignem conclusionis immittere, quo omnes eorum sectæ, & errores cõburantur. Alterum

D. Ambros.

quiddam in Samsonis facto obseruauit D. Ambr. serm. illo 11. in Psal. 118. quod Samson non ad capita, sed ad caudas vulpium ardentis faces alligauerit, illud indicare, fraudulentos homines, potissimum que hæreticos liberam quidem linguã habere ad latrandum, sed exitus impeditos, seu religiosa principia, sine vero fraudis suæ incendio deputatum. Aduerte etiam hæreticorum quidem capita, id est, sectas omnino diuisas esse, ac multiplices, nec inter se villo pacto convenire, caudas autem inuicem nexas, & implicatas, qui finem eundem habent Ecclesiã persequendi: idcirco caudas vulpium ligasse Samsonem, cum earum capita libera, ac soluta reliquisset. Secundò. Sicut scorpio in arcum se componit ad feriendum: ita hæretici Scripturæ sacræ malè intellectæ arcum ad simplices decipiendos intendunt, iuxta illud Psal. 10. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.* Quem locum de hæreticis intellexit D. Augustinus tum in comment. eius Psal. tum epistol. 48. ad

Psal. 10. 2.

D. August.

Osee 7. 15.

Vincentium Donatistam. Idem habes Osee 7. *Ego erudini eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam, rursus sunt, vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus: quibus verbis sagillationem hæreticorum contineri docet D. Hieron.* Deumque ipsum cõqueri, quod eos erudierit, dederitque eis fortitudinem, qua contra aduersarios dimicarent, illi vero cogitauerint malitiam aduersus Do-

minum

minum impiissimas hæreses extruentes: itaque facti sint quasi arcus dolosus, qui percussit dirigentem, aut etiam facti sint quasi arcus intentus, parati semper ad pugnam in subuersionem audientium.

Tertio. Quemadmodum scorpiones habent caudas aculeatas, ipsiſque caudarum aculeis feriunt: ita hæretici quamuis ore blandiantur morum licentiam, carnisque illecebras prædicantes, fines tamen, & exitus habent aculeatos, imo duplicem in caudis aculeum, vt de sæuioribus scorpionibus diximus, siquidem quos veneno sui erroris inficiunt, multis hic implicat difficultatibus, ac deinde sempiternis addiunt apud inferos cruciatibus. Vnde aptè in hæreticos quadrat illud, quod Eliphaz dixit Iob c. 4. *Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, stante Deo perisse.* Etenim, vt interpretatur D. Greg. lib. 5. Moral. c. 15. *Dolores seminant, qui peruersa agunt, dolores metunt, cum de eadem peruersitate puniuntur: fructus autem doloris est retributio damnationis: quam ob causam merito dicitur Eccl. 7. Fili nō seminat mala in sulcis iniustitia, & non metes ea in septuplum.* Quo loco per sulcos iniustitiæ desideria carnis, prauosq; animi affectus intellige, quibus qui fomētū præbuerint per mala opera, metēt inde septuplū, id est, infinitā malorū segetē: vbi simul aduerte metē prauis cogitationibus, & desideriis imbutā appellari tellurem sulcis distinctā, & aratā, imo etiā seminatā semine vtq; adeo fecundo, vt copiosa peccatorū leges separari possit. Quarto. Scorpio semper iētū meditatur, ne vnquā occasione deſit, quod mirū in modū hæreticorū ingeniū declarat, qui lemper aliquid mali aduersus Ecclesiā moliuntur, omnemque captant nocendi occasionē: quam eorum naturā eleganti similitudine explicauit Elai. cum dixit c. 57. *Impy autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundans fluctus eius in conculcationem,*

Iob 4. 8.  
D. Gregor.

Eccl. 7. 3.

Esaï 57. 20.

*& lutum.* Quemadmodum enim mare sua illa agitatione perpetua, & reciproca fluctuū reuolutione semper tēpestatē minatur: ita impij, & hæretici semper nouarū rerū fluctus volūt, procellosasque in Ecclesia tēpestates excitare moliūtur. Verū, vt annotauit D. Hier. expēdēs verba sequētia, sicut marini fluctus reuoluūtur ad littora, atq; iterū reſorbentur, & in se fracti lutū efficiūt, quod pedibus conculcatur, sic impij tandem fracti æternæ conculcationi subiacebūt. Alij in eūdem locum obseruarunt, sicut fluctus maris feriunt stabilitatem littoris, & in se ipsos reuoluti littus quidē lauāt, ipsi autem lutū trahunt, ita hæreticos persecutione sua Ecclesiam tanquā stabilem litus non mouere, sed tantum lauare, cum ipsi lutulēti, & immundi ipsa sua persecutione efficiantur. Eandē inquietam, & semper ad malum promptā hæreticorum naturam habes & maris, & feruētis ollæ similitudine expressam Iob 41. vbi de Leuiathā dicitur. *Feruescere faciet quasi ollam profundam maris, & ponet quasi, cum unguenta bulliunt.* Quo loco D. Hier. ( si eius sunt illi cōmentarij) per mare hunc mundum intelligit, quem diabolus quasi ollā carnali accendit conuiscētia, vt ferueat ad amāda terrena: id quod ad hæreticos potissimū spectat, qui perpetuū tanquam olla à dæmone succensa ad malum feruent. Illud autem, quod sequitur, *Quasi cum unguenta bulliunt,* sic intelligit, vt quemadmodum sancti spiritualium gratiarum amore in Spiritu sancto feruescunt, ita ad amorem mundi homines præsentis vitæ desiderio quasi quibusdam succensionibus exardefcant. Illud etiam existimo indicari, suggestionem, & tentationem Leuiathan, quæ facit, vt impio di tanquam olla carnalibus desideriis efferveſcant, eandem, cum bonos exagitat, efficere, vt eorum pretiosa, & suauissima virtutum unguēta, quæ abscondita animo larebāt, tentationis igne calefacta ebulliāt, & incredibilem ex se fragrantiam, & odorem afflent: quod potissimum ad tyrannorum, & hæreticorum persecutiones referendum est, quibus maximè redolēt virtutes Sanctorū.

D. Hieron.

Iob 41. 22.

D. Hieron.

Ee ij

Itaque quo tempore nefarii homines tanquam olla carnalibus desiderijs feruēt, eodem ipsam et tentatione Sancti quasi pulcherrimæ phialæ vnguentis virtutum ebullientibus mirificè redolent: quod autem virtutes vnguenta appellentur spōsa ipsa confitetur, Cant. 1. *Trahie me post te curtemus in odorem vnguentorum tuorum. Que Christi vnguenta, cum ardentissimo passionis igne ebullierunt, vniuersum orbem suavissimo sui odore impleuerunt.*

Cant. 1. 4.

VII.

*Hæresis peccata vniuersa complectitur.*  
Apoc. 17.

Quinto scorpionum sæuiorum caudæ septem habent internodiã, sic enim hæresis septem habet internodia peccatorum, id est, peccata vniuersa complectitur, quæ septenario lethaliu[m] peccatorum numero, qui symbolum est vniuersitatis, comprehenduntur: quam obrem meretrix illa cuius fit mentio Apocal. 17. super bestiam septem capitum sedere visa est: vbi, obiter oblerua, cum mulier illa tanquam eques super eam bestiam sedere describatur, nullam tamen frænoru[m] mentionem heri, quia hæresis per omnia septem vitia effuso, imò effræni cursu excurrit, nullis habentis bestia[rum] cursum, & libertatem inhibens. Nec verò mirum videri debet hæresim vniuersam complecti malitiam, cum duò illa generalia omnium peccatoru[m] seminaria, superbiam dico, & cupiditatem, siue auaritiam, suo ambitu coerceat: eæ enim, auctore D. Hieron. multis in locis, maximè in hæreticis dominantur: & quidem de superbia dicitur Eccl. 10. *Initium omnis peccati est superbia: de cupiditate verò, ad Timoth. 6. Radix omnium malorum est cupiditas, Græcè ἡ φιλαργυρία, id est, amor argenti: ex quo manifestum est Paulum auaritiam intelligere: & præterea, quia postquam dixit. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, statim subiunxit: Radix enim omnium malorum est cupiditas; D. Aug. 11. lib. de Gen. ad lit. cap. 15. existimauit sermonem esse non de auaritia, sed de cupiditate absolutè, quem etiam sequutus est D. Thom. 1. 2. q. 84. art. 2. vbi eam vtriusque loci etiam conciliationem excogitauit, videlicet cum in omni peccato reperitur auersio, & conuersio, superbiam esse initium omnis peccati ex parte auersionis, cupiditatè vero ex parte conuersionis, subtiliter quidè, sed non congruenter Pauli instituto, qui vti diximus, non de cupiditate generatim, sed de auaritia loquitur, quã certu[m] est non omnium sceleru[m] materiam, & conuersionè comitari.*

D. Hieron.  
Eccl. 10. 15  
11 Tim. 20.

D. August.  
D. Thom.

VIII.

*Hæretici, vt igni damnentur, omnia oportet.*  
Ioan. 5. 4.  
D. Ambros.  
Castro.

Psal. 67. 31.

Postremo. Fugantur scorpiones, si aliqui domi exurantur: sic hæreses exterminari non possunt, nisi aliqui Hæretici Vulcano committantur. Id quod probari potest ex Ioan. 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palme, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Que locum non solū ad penas damnatoru[m] apud inferos, sed etiam hic ad hæreticoru[m] damnationè pertinere immerito inficiatur, Alfonsus à Castro lib. 2. de iusta hæreticoru[m] punitione, c. 12. Hoc ipsum iam superius annotauit Ambr. in eo, quod Samson ardentem facem vlpriū caudis alligauit, vt à Philisthoru[m] messes, atque oliueta deperirent: idè[m] que non obscurè significauit Regius vates, Pl. 97. cū dixit *Increpa feras arundinis. Quo loco plerique volunt ductã esse similitudinè a venatoribus, qui cū apros de arūdineto, aut querceto cupiunt foras educere, ignem admouent, eoque admoto exeunt apri, quod ni faciant, igne pereunt. Itaque postulare Regiū Prophetã à Deo, vt feras arundinis, id est, hæreticos increpet, per ignè nimirū, vt eiusmodi feræ admoto igne, vel egrediãtur, hæresimque abiurent, vel si nolint, penitus cõburentur. Habitare autem demonè, eiusque sectatores, ac potissimū hæreticos quasi feras in arundinete palam est Iob 40. *Sub umbra dormis in segete calami, in locis humentibus. Alia similitudine ad ignem insinuandum vsus est Paul. 2. ad Tim. 2. cum hæresim cancro morbo comparauit. Prophana autem, & inani loquia deuota, multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum vt cancer serpsit.* Non solum, quia vt vult Theophylact. cancer mor-**

Iob. 40. 16.  
2. Tim. 2. 16.  
Theophylact.

morbus est, qui omnia circumiecta depascitur, sed etiam, quia igne tantum cura-  
 ri potest, sic enim hæresim non solum sui contagio omnia inficit, quam ob causam  
 Psal. 1. *Cathedra pestilentia* vocatur, quæ non tantum sedentes, sed vicinos quosque  
 etiam grassante in dies, ac serpente lue corripit, sed etiam quia non nisi igne adhi-  
 bito exterminari potest. Denique advertendum est ex Francisco Georgio Vene-  
 to in sua Harmonia, Cant. 1. ton. 4. c. 1. cor Scorpionis celestis esse in tertio gradu  
 Sagittarij, præsidereque lapillis pretiosis sardonio, & amethysto, imo serpeticum,  
 ac dæmonum fugæ, quod sic accipiendū videtur, ut cor scorpionis, qui est in octa-  
 va sphaera, respondeat gradui tertio Sagittarij, qui est in primo mobili: ponunt  
 enim Astrologi duodecim signa in octava sphaera ex syderibus figurata, & alia  
 duodecim sine figuris in primo mobili: quæ observatio ad rem, de qua agimus,  
 maxime pertinet, consentaneum enim rationi est, ut scorpionum, id est, hæreti-  
 corum corda Sagittario, id est, diuinæ, & humanæ iustitiæ telis subiecta sint, in  
 eaque tanquam in scopum seueræ animaduersionis sagittæ collimentur. Rectè  
 etiam subdit Venetus eam scorpionis cum Sagittario convenientiam pretiosis  
 lapillis, imo etiam dæmonum fugæ præsidere, non quod sydera ullam in dæmones  
 vim habeant, sed quoniam exterminatis hæreticis fugantur dæmones, fidei etiã,  
 & virtutum reliquarum pretiosi lapides magis rutilant. Atque hæc de visione, &  
 mysterio locustarum.

Psalm. 1.

Frân. Venet.

## COMMENTARIUM TERTIUM EXEGETICUM.

*De tertia visione Ioannis.*

Visto imaginaria sexti Angeli describitur.

SECTIO PRIMÆ.



OMMEMORATA quinti Angeli visione in priori parte huius ca-  
 pitis, nunc in posteriori Ioannes sexti Angeli visionem commemo-  
 rat, quæ huiusmodi est. Primum. Sexto Angelo tuba canente audi-  
 uit Ioannes vocem vnã ex quatuor cornibus altaris aureis, quod  
 est ante oculos Dei, dicentem sexto Angelo, qui habebat tubã: Sol-  
 ue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Secundo. So-  
 luti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, diem, mensẽ, & annum ad  
 occidendam tertiam partem hominum. Tertio. Vidit numerum equestris exer-  
 citus (proculdubio quem quatuor illi Angeli collegerunt) vicies millies dena mil-  
 lia, seu ut habetur Græcè, duas myriades myriadum, quanquam in Bibliis Com-  
 plutensibus non est *Dua myriades myriadum*, sed absolute, *Myriades myriadum*, quod  
 fortè eodẽ recidit. Est autem myrias idem, quod decem millia, quo fit, ut vna myrias  
 myriadum sit idem, quod decies millies decem millia, & duæ myriades myriadum  
 vicies millies decem millia, id est, ducenties mille millia, siue decies millies viginti  
 millia vel vicies mille myriades, quod vulgò est, bis centum milliones, quem nume-  
 rum ait Ioannes se audiuisse. Quarto. Equites eiusmodi equorum habebant loricas  
 igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, nimirum vel quod singuli equites haberent

Myriades,  
quod decem  
millia.

E e iij



loricas partim igneas, partim hyacinthinas, partim sulphureas, vel quod alij eas haberent igneas, alij hyacinthinas, alij sulphureas. Quinto. Capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum procedebat ignis, fumus & sulphur, habebantque potestatem suam in ore. & in caudis: erant enim caudæ similes serpentibus, desinentes videlicet in capita serpentium, hisque nocebant. Postremo. Duæ reliquæ partes hominum (tertia enim pars ab iis plagis interfecta deperit) neque occisæ sunt, neque tertiæ partis occisæ miserabili interitu admonitæ egerunt penitentiam, ut ne dæmonia, & simulachra aurea, argentea, ærea, lapidea, & lignea adorarent, neque alieno malo sapere voluerunt, ut ab homicidiis, veneficiis, fur- tis, & fornicatione abstinere.

Lyrani, & quorundam aliorum expositio commemoratur.

SECTIO II.

I. **N**icolaus de Lyra, & Petrus Aureolus Cardinalis in comment. super Apoc. & D. Antoninus i. primum Chronicorum titulo 6. c. 1. §. 7. existimarunt hoc loco prænuuntari à Ioanne schisma illud inter Laurentium, & Symmachum de summo pontificatu contendentium: quæ sententia, ut intelligatur, simulque rationes, quibus inferius eam oppugnare instituumus, bene perspectæ, & exploratæ esse possint, res ipsa quomodo acciderit, prius est breuiter explicandum. Igitur Anastasio secundo Pontifici maximo, qui sedem Romanam tenuit tempore Trasimundi Vandalorum Regis, infestissimi Ecclesiæ hostis, successit in Pontificatu Symmachus ex Sardinia oriundus, maxima cleri, populi que Romani dissensione. Etenim vna pars Symmachum apud basilicam Constantinianam, altera Laurentium Romanum, apud basilicam Mariæ in via noua deposcebat. Concilium Rauennæ indicitur, discussaque re præsentè Theodorico Romanorum Rege Ariano Symmachus confirmatur, qui Laurentium competitorem suum Episcopum Nucerinum creauit erat enim Symmachus suauissimis moribus, vnde ducentos, & viginti Episcopos à Trasimundo Vandalorum Rege Ariano relegatos in Sardiniam sustentauit. Quatuor annis post iterum seditio Romæ cooritur Festo, & Probrino senatorij ordinis Laurentium reuocantibus, & Pontificem maximum deposcentibus: qua seditione commotus Theodoricus Petrum Altini Episcopum Romam mittit, qui pulsus Laurentio, & Symmacho pontificatû occuparet. Ceterum Symmachus coacta synodo centum, & viginti Episcoporum obtinuit, ut Petrus, & Laurentius in exilium amandarentur: tanta autem ob huiusmodi dissensionem concitata est Romæ seditio, ut quamplurimum ex clero tum ex populo caderentur, nec sacris parceretur virginibus toto eo triennio, quo hæc seditio perdurauit. Fuit hoc ordine quartum in Ecclesia schisma circa annum Domini 502. de eo que scripserunt Niceph. lib. 16. histor. Eccles. cap. 35. & Theodorus lector libro 2. Collectaneorum, eiusque facit mentionem D. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 40. vbi docet Paschasium Cardinalem Apostolicæ sedis Diaconum Laurentium elegerit, & omnium postea vnanimi consensu Symmachum verum Pontificem declarantium superatum, in sua tamen sententia vsque ad diem obitus sui persistisse, colendo, & præferendo Laurentium quem Episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia recusauit. Simul etiam refert eundem Paschasium post obitum Germano Capuano Episcopo appruisse in thermis Angulanis tanquam in penali loco deputatum maximos patientem calores, quæd pro Laurentio contra Symmachum sensisset: ex quo colligit Gregorius cum non malitix, sed ignorantix errore peccasse: itaque, cum adhuc in purgatorio esset, Dalmaticam eius feretro superpositam Dæmoniaco tangenti sanitatem attulisse.

Nicepher.  
Theodorus.  
D. Greg.

Sciendum præterea, quo tempore Anastasius Imperator huius nominis primus Eutychiana hæresi infectus Constantinopoli imperabat, eodem Theodoricum regem Arianum in Italia cum summa potentia regnasse. Cum verò Anastasius à dissensionibus abhorreret, neque quicquam rerum nouarum excitari in Ecclesia pateretur, vt refert Nicephorus lib. 16. hist. cap. 15. factum est, vt eius temporibus Chalcedon. synodus (quæ fuit quarta æcumenica, seu generalis) aduersus Eutychem duas in Christo naturas negantem congregata, neque palam per ipsum constitutionibus imperialibus promulgaretur, neque etiam reprobaretur: itaque sicut quibusdam Ecclesiarum, præsidibus videbatur, tale de ea erat iudicium, quidamque recipiebant, alij non solù reiciebant, sed anathemate etiam tanquam hæreticam iugulabant: quibusdam duas naturas in Christo verè, alijs vnã tantum impiè astruentibus: quod malum eo processit, vt quælibet Ecclesia in factiones diuideretur & Orientales, atque Occidentales, imò etiam Lybica partes in multas sectas dissectæ fuerint: tanta confusio, mentiumque caligo orbem vniuersum incescit: Porro Anastasius tametsi pacis amantissimus, eorum tamen, qui nouas res moliebantur, temeritate commotus, quoscunque præter morem nugas agere, & impudenter sanctam synodum damnare, vel etiam aperte eandem in templis de prædicare intelligebat, è thronis vtrosq; reiciebat, atque ad eum modum multi Episcopi multati sunt. Denique Anastasio successit Iustinus: Theodoricus verò adhuc superstes Romam, & Italiam obtinebat, acerrimus Ariana hæresis propugnator. Quoniam verò Iustinus Catholicus Imperator Hormisdæ Pontificis maximi suatu, & consilio præcepit per totum Orientale imperium, vt nullus siue Episcopus, siue Sacerdos Arianus permitteretur, Theodoricus minacibus literis Imperatorem compulit, vt edictum illud reuocaret, imò Ioannem Pontificem maximum, qui Hormisdæ defuncto successerat, coegit, vt Constantinopolim transiens id Imperatori suaderet, alioquin se per totam Italiam in Catholicos saururum. Itaque restituta iterum sunt ecclesiæ Episcopis, & Sacerdotibus Arianis.

Ni cephorus

Fuit autem Theodoricus natura crudelis. Etenim Boetium Severinum vitum consularem, atque doctissimum trucidari præcepit, ipsūque Ioannem summum Pontificem ex Constantinopoli reuersum in carcerem detrudi imperauit, vbi fame, & squalore obiens martyrij palmam promeruit. Theodorici mortem, & penas apud inferos refert D. Gregorius lib. 4. Dialog. c. 30. vbi docet ostensum fuisse per visum sancto cuidam viro in insula Lypara degenti, prope quam est alia insula, quæ Vulcanus appellatur, Theodoricum eo ipso die, quo obiit, inter Ioannem Papam, & Symmachum Patricium distinctum, atque discaleatum, vinculisque manibus deductum, & in vicinam Vulcani ollam iactatum fuisse: tunc Gregorius. Quia, inquit, Ioannem Papam affligens in custodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidauit, iuste ab illis in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniuste indicauit.

III.

D. Greg.

Sexti Angeli iuxta quorundam sententiam literalis expositio.

SECTIO III.

IGitur iuxta ea, quæ paulò ante dicta sunt, Nicolaus de Lyra, Petrus Aureolus Cardinalis, & D. Antoninus locis citatis ita visionem sexti Angeli interpretantur. Sextum Angelum, qui tuba cecinit, volunt esse aut Paschasium Cardinalem Apostolica sedis Diaconum, qui causa fuit eiusmodi schismatis eligendo Laurentium Antipapam, aut ipsummet Laurentium, quæ ex re magna in Ecclesia turbatio orta est. Audiam verò fuisse vnã vocẽ ex quatuor cornibus altaris aurei, id est,

I.  
Lyranus.  
Pet. Aureol.  
D. Antonin.  
Predicto  
schismate  
verba con-  
textus appa-  
cantur.

Ec. iij

vocem ipsius Paschasij, quæ ex cornibus altaris aurei audita dicitur: quoniam Paschasius vnus erat de collegio Cardinalium Ecclesiæ Romanæ, vbi Laurentiū Papam acclamauit. Quatuor Angelos volunt esse Symmachum Papam Laurentium Antipapam; Anastasium Imperatorem infectū hæresi Eutychetis, & Theodoricū Regem Italiæ Arianū: tunc aiunt hos quatuor Angelos ligatos aliquanto tēpore fuisse in flumine magno Euphrate, id est, in imperio Romano, quod Euphrati flumini cōparatur, quod vnum sit ex quatuor orbis imperij: quemadmodū Euphrates vnus est ex quatuor terrestribus paradisi fluminibus: ligatos, inquam, id est, impeditos, & cohibitos ab Ecclesiā persequenda, deinde solutos, vt Ecclesiā perturbaret, Symmachū quidē, & Laurentium de summo pontificatu contendētes, Anastasiū verd, & Theodoricū pro sua quæque secta, & hæresi depugnantes. Facile verd fuit eos soluere, quia parati erant in horā, diē, mensem, & annum, id est, omni tēpore prōptissimi ad occidendā tertiam partem hominum, id est, magnā Catholicorum partem, quoniam quamplurimi seditionibus, & factionibus concitatis vtrinque fuerunt interfecti: imo Theodoricus vniuersæ Italiæ interitum minabatur, nisi Anastasius Ecclesiā Arianis Episcop. Sacerdotibus restitueret, vt paulō superius docuimus. Quoniam autem omnes prouinciæ subiectæ Anastasio, & Theod. pro suo quæque principe decertabant, & Ecclesiā propter schisma in factiones diuisa dissidebat: idcirco infinita eorum multitudo per equites vicies millies dena millia posito num. certo pro incerto, vt aiunt exprimitur.

II.

Ad hæc, equites habebant loricas igneas, propter ardorem nocendi: hyacinthinas, id est, caelestis coloris, propter apparentem zelum religionis, & fidei, denique sulphureas, propter sordiditatem, ac turpitudinem vitæ: quæ expositio placuit D. Antonino: aut certē, vt vult Petrus Aureolus, Symmachus, & Laurentius habebant loricas hyacinthinas propter hypocrisis, & simulationem sanctitatis: Theodoricus igneas propter hæresim Arianam: Anastasius sulphureas propter Eutychanum errorem. Equorum capita tanquam leonum erant, propter summam crudelitatem: de ore eorum procedebat ignis, videlicet æmulationis inter Symmachum, & Laurentium fumus iræ, & superbiæ, & sulphur hæresis inter Theodoricum, & Anastasium. Habebant equi potestatem in ore, & caudis, quoniam tam inter Symmachum, & Laurentium, quàm inter Anastasium, & Theodoricū res non solum ore, id est, disputationibus, & minis, sed etiam caudis, id est, occultis fraudibus, & simulationibus agebatur. Desinebant autem caudæ in capita serpentium propter calliditatem, & astutiam persequendi modis omnibus rem Catholicam. Denique cum subiungitur: *Ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, &c.* Existimant Lyranus, & D. Antoninus tangi obiter magnam quandam paganorum cædem, quæ tempore Theodoricī facta est, Saxonibus videlicet in bello aduersus Thuringos dimicantibus: vbi vtrinque magna edita strage, quamplurimi paganorum, qui simulachra deorum impie adorabant, miserimè & corpore, & animo perierunt. Hæc ad mentem horum Doctorum dicta sunt.

Præcedens Lyranī expositio refellitur, & communis statuitur.

## SECTIO XII.

**Q**uamquam commemorata Lyranī expositio quibusdam aliis placuerit, nobis certè minime probatur. Primum, quia ex quatuor illis Angelis ligatis in Euphrate, atque adeo proculdubio malis (alias enim non tanquam victi, & veluti in carcerem detrusi describerentur) vnum facit Symmachum optimis, & suauissi-

suauissimis moribus Pontificem, ab omni que seditione, & crudelitate alienum, qui non ambitiosè, & arroganter, vt Laurentius, Pontificatum ambiebat, sed pro veritate suæ electionis sanctissimè depugnabat: deinde, quia alienum videtur Euphratem Mesopotamiæ fluiuium Romanam interpretari imperium, eo quòd vnum sit ex quatuor imperiis, quemadmodum ille vnum est ex quatuor terrestribus paradisi fluminibus: nam si ita esset, nullo mysterio Ioannes Euphratem potius, quàm Tygrim, Geon, aut Phison posuisset. Ad hæc quamuis illud schisma seditionis fuerit, cum tamen non totam Italiam occupauerit, quin potius Romæ tantùm præcipuè viguerit, non erat, cur Ioanni duæ myriades myriadam, id est, ducenti milliones equestribus exercitus in faciem educti, & expediti apparuerint. Frustrà verò ad cogendum tantum exercitum commemorantur Anastasij Imperatoris, & Regis Theodorici similitudines, cum nulla inter eos bella mouerentur, nec vnquam vnus aduersus alterum conscripti milites legerentur: imò Theodoricus sola comminatione Anastasium ad restituendas Ecclesias Episcopis, & Presbyteris Arianis compulerit. Denique non video, qua consecutione Ioannes ab schismate Laurentij ad Saxonum, & Thuringorum certamina, vt volunt nominati auctores, nullo narrationis nexu, nullo rerum gestarum ordine transferat, eum tamen ipsa visionis series, & narrationis contextus, manifestè ostendat, id quod hac postrema capitis parte commemoratur, ad præcedentem quatuor Angelorum, & innumeri illius equitatus visionem pertinere.

Existimamus igitur cum communi sententia, quam sequuntur Beda, Richardus de S. Vict. Andreas Cæsariensis, Rupertus, Arethas, Haymo, Pannonius, & alij, hanc visionem ad extrema mundi tempora esse referendam: quòd verò præcedere debeat tempus Antich. ex eo quidam conantur ostendere, quòd in fine capitis duæ partes impiorum, quæ superesse debent, describuntur adorare simulachra aurea, argentea, lapidea, lignea: cum tamen Daniel cap. 11. dicat Antichrist. omnia idola euerfurum illis verbis: *Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentia feminarum, nec quinquam Deorum curabit, quia aduersum vniversa consurget.* Quare 6. Angelus, qui tuba cecinit, præcipuus quidam est Dæmon iuxta ea, quæ initio visionis 7. Angelorum supposuimus. Audita est vox vna ex quatuor cornibus altaris aurei, nimirum egressa ab ipso Dei conspectu, qui in cælo tanquam in templo residens ante se altare quoddam aureum habere describitur, in quo ei supremæ adorationis thymiamata à beatis illis mentibus offerantur, ducta similitudine à templo Salomonis, in quo erat altare thymiamatis aureum, in quo odores incedebantur. Sic enim etià Paulus Hebr. 9. in cælo posuit Sancta sanctorum, quæ Christus tanquam verus Pontifex maximus semel per suum sanguinem ingressus nobis aperuit, ducta similitudine à tabernaculo Mosaico. Hac voce præcipiebatur prædicto sexto Angelo, vt solueret quatuor Angelos, qui ligati erant in flumine magno Euphrate, quos plerique, vt refert Andreas Cæsariensis, existimantur esse Michaëlem, Gabrielem, Urielem, & Raphaelem: quam ipse opinionem non approbat, affirmans esse pessimos Dæmones, scilicetque ex eo ostenditur, quia non est, cur boni Angeli aliquo in loco vincti teneantur. Quocirca merito ferè omnes Doctores interpretantur vniuersitatè Dæmonum quater vario numero, qui quatuor orbis partes cõplectitur, cõprehensam, ligata in Euphrate, id est, in cõgregatione impiorum, quæ per Euphratem Babylonis, id est, confusionis fluiuium exprimitur, qui solui dicuntur extremis temporibus, quia tunc ex Dei, qui eos modò ligatos tenet, promissione multum poterunt, & veluti è carcere exeutes, atque in rem Catholicam debacchantes, liberè volitabunt, & Ecclesiam vniuersam modis omnibus diruebunt. Nihilominus

II.  
Beda.  
Rich. Vist.  
Andr. Cæs.  
Rupert.  
Arethas.  
Haymo.  
Pann.  
alii. Antich.  
extrema mundi tempora.  
Dan. 11. 37.

Hebr. 9.

And. Cæs.

Franc. Rib.

Tobia 8.

non displicet Francisci Riberae sententia in comment. huius loci existimantis, quod hic dicitur, quatuor Angelos, id est, Dæmones ligatos esse in Euphrate, ita ut verba sonant, accipiendum, cum id nihil absurdi contineat, quemadmodum Tobia 8. legimus Raphaellem apprehendisse Dæmonium Asmodæum, illudque in deserto superioris Aegypti religasse. Eodem igitur modo verisimile est quatuor quosdam præcipuos Dæmones religatos esse in flumine Euphrate: in eo autem potius, quam in quolibet alio flumine, quia Euphrates fluuius est Babylonis, quæ propter significationem confusionis ciuitas dicitur, impiorum habitationi Dæmonum accommodata.

III.

Hi igitur quatuor Satanæ Angeli soluendi sunt in fine mundi, maximumque Dæmonum inferiorum supra reprobos, quæ super equos infidentium exercitum collecturi ad bellum Ecclesiæ indicendum, qui exercitus propter potentiam equestris, propter multitudinem autem propemodum infinitam ducentorum millionum describitur: vnde non mirum, si tertia pars hominum ab eo dicatur occidenda, quæ tertiã partem non hominum in vniuersum, sed impiorum duntaxat esse probabile quidam existimant, in quos nimirum Deus eorum Dæmonum, & reproborum ministerio animaduertet. Etenim hoc ipso c. in 5. Angelo locustæ etiam solùm nocuisse dicuntur hominibus, qui signum Dei in frontibus suis non habebant: & confirmari adhuc potest ea sententia, quia hæc tertia pars est hominum in vniuersum, cum duæ reliquæ partes dicantur in impietate sua, & idololatria permãsuræ, sanè post illam interfectionem nulli iusti remanerent, qui fidem, & religionem tuerentur. Eorum verò equitum terror, quem omnibus iniicient, simul etiã in rebus gerendis celeritas in loriceis igneis declaratur: in hyacinthinis verò, id est, caelestis coloris simulatus veræ religionis cultus: denique in sulphureis scditas, & turpitudine morum, simul etiam inferni cruciatus, qui ipsos, & eorum sectatores manent, iuxta illud Psal. 10. Ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Equi sunt ipsi impij, supra quos Dæmones equitabunt sicut & Christus super Apostolos equitare dicitur Abacuch 3. Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatio. Horum igitur equorum capita tanquam leonum visa sunt propter summam crudelitatem, quæ in omne genus hominum grassabatur: caudæ verò in capita serpentium desinunt: quia vbi finis videbitur eorum crudelitati impositus, inde rursus noua mala replicabuntur. Itaque caudæ, id est, fines malorum capita erunt, id est, initia futurorum, quæ quoniã cum omnium, præcipue verò schismatum, hæresum, & idololatriæ veneno coniuncta erunt, idcirco tanquam serpentium apparuerunt: atque ex his iam sit perspicuum, quomodo horum equorum potestas in ore, & caudis posita memoratur. Denique reliquæ duæ partes impiorum, quæ supererunt (tertia enim, ut diximus, occidetur) in sua impietate persistent, neque pœnitentiam agent, sed adorabunt omnis generis Dæmonia, & ea omnia simulachra, quæ à Ioanne commemorantur.

Cur loriceæ equitum hyacinthinæ describantur?

Et qui sedebant super eos, habebant loriceas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas

#### SECTIO V.

**V** M loriceæ equitum, id est, Dæmonum, & reproborum igneæ, & sulphureæ apparuerint, in promptu est rationem afferre, ut ex his, quæ diximus, perspicuum relinquitur. Illud solùm merito aliquis querat, cur etiã hyacinthinæ describantur? videbitur enim hyacinthi caelestis species, & pulchritudo minime in Dæmonum armaturam conuenire. Sciendum est igitur hyacinthum & florem, & gemmam esse de gemma

Hyacinthus  
flos & gemma est.

de gemma loquitur Plin lib. 37. hist. naturalis. cap. 9. vbi inter alia, *Multum*, inquit, *ab amethysto distat hyacinthus: differentia haec, quod ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu gratius, euanesceit antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut pene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore.* Hyacinthus flos est etiam coloris violacei, eumque auctore eodem Plinio li. 21. cap. 11. comitat. Et fabula duplex, luctum praefrens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiaci cruore editi, ita dicitur etibus venis, vt figura Graecarum literarum *Si* legatur inscripta: iraque hyacinthus tam gemma, quam flos coloris est caelestis, atque inde factum est, vt ad caelestia representanda adhibeatur: vnde est illud Cant. 5. *Manus illius ornatae aurea: plena hyacinthis.* Dicitur autem manus Christi plenae hyacinthis, id est, caelestium gratiarum gemmis, quas liberaliter in homines spargit. Eodem sensu accipi potest illud Ezech. 16. quod ad Hierusalem pulchrae feminae typo dicitur: *Calceauit hyacintho.* Verè enim iustus calceatus est hyacintho, id est, spe rerum caelestium, qua veluti calceamento munitus per asperitatem deserti huius vitae sine latione potest incedere, quod calceamento genus commendatur in sponsa Cant. 7. cum dicitur: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.* Possimus etià eum plerisque eo loco per hyacinthum exempla spiritualium, & caelestium virorum intelligere, quibus tunc nos calceamus, cum actionum nostrarum gressus operum, quae ipsi egerunt, consideratione munimus, praecipue verò virginum, quae peculiari ratione per hyacinthum accipi debent, eo quod virginitas maximè caelestis, ac Diuina sit: sicut etiam per ferrum, & as Martyres, & Confessores accipiuntur à nonnullis in benedictione illa, qua Moyses tribum Aser benedixit, Deut. 33. *Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum, & ferrum, & as calceamentum eius: sicut dies iuuentutis tuae, ita & senectus tua:* quanquam ad literam illud significatur fortem Aser, id est, portionem terrae illi attributam olei, ferri, & aris, vtque ad eod feracem fuisse, vt possent posterii Aser oleo pedem tingere, & ex ferro, atque are calceamenta conficere, eo quod multis metallorum fodinis abundaret.

Quoniam igitur hyacinthus caelestem colorem refert, inde factum est, vt quatuor illorum Angelorum equitatus loricas hyacinthinas habuisse dicatur, quoniam per hypocritum zelum fidei, & religionis simulabunt, nihilq; aliud se, quam amorem caelestium, & verum Dei cultum procurare. Sic enim Hypocritae solent sese, quantum possunt, ad Sanctorum vitam, & mores per simulationem effingere, ad gloriam, honores, opesque hoc artificio aucupandas. Quae conditio explicatur similitudine struthionis, Iob 39. cum dicitur. *Penna struthionis similis est pennae herodij, & accipitris:* quae vt melius intelligatur, sciendum est ex Plinio lib. 10. hist. natur. c. 1. struthio camelos Africanos altitudinem equitis equo insidentis excedere, celeritate vincere, ad hoc demum datis penis, vt currentes adiuuent, cetero non esse volucres, cum à terra non tollantur, vngulas iis ceruinis similes bisulcas comprehendendis lapidibus vtilis, quos in fuga contra insequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata mira natura, nec minor stoliditas, etenim in tanta corporis altitudine, si collum frutice occultauerint, latere se putant, Oua in pretio sunt propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, & pennae ad galeas adormandas, quae omnia si expendantur, palam erit vix inueniri posse Hypocritarum illustriorem typum. Primò enim, vt obseruauit D. Gregor. lib. 31. Moral. capit. 6. quemadmodum struthio similitudinem pennarum habet accipitris, sed non volatur: & alas quidem ad volandum erigit, sed nequaquam se à terra volando suspendit, ita Hypocritae dum bonorum vitam simulant, imitationem quandam sanctae conuersionis habent, sed veritatem non habent:

Plinius.

Cant. 5. 14.

Liberaltas Christi erga homines. Ezech. 16. 10. Cant. 7. 1.

Deut. 33. 24.

Hypocritarum simulatio.

Iob 39. 16. Plinius.

D. Gregor.

volandi pennas habent per speciem, sed in terra repunt per actionem: alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere pragrauati minimè à terra subleuantur. Secundò. Hypocritæ vngulas habent ceruinis similes, quia, quantum possunt, laborem subterfugunt, & persecutionis tempore, cum à charitate non vrgeantur, timidissimi sunt, & fugacissimi. Tertiò. Lapidibus insequentes petunt, quoniam si verbis laeestas, subito ex candescunt. Quartò. Si colla frutice occultauerunt, latere se reliquo putant corpore: quoniam Hypocritæ si colli inflexione humilitatem simulèt, & arrogantiam celent, perperam existimāt reliquis omnibus actionibus latere posse: cum tamen ipsa se vitia intus latentia necessariò interdum prodant. Quam simulationem cauendam monuit Apostolus ad Colof. 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum*, id est, vt interpretatur D. Hieron. *Nemo sicca humilitate superbus, & Angelos se videre mentiens frustra se super homines iactet.* Denique struthionis pennæ aptæ sunt ad galeas adornandas, quoniam fallacia Hypocritarum figmenta, dum mentita sanctitate speciem virtutis exhibent, accommodata plerique interdum videantur ad honores, & tiaras Pontificias obtinendas.

Colof. 2.  
D. Hieron.

Cur potestas equorum in ore, & caudis sita dicatur, & cur caudæ in capita serpentium desinant?

*Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, & in his nocent.*

S E C T I O VI.

**P** Rodigiosi sanè equi Ioanni apparuerunt, quippe qui capita habuerint leonina, caudas instar serpentium, & in serpentina capita desinentes, cætero corpore equina forma, ore ignem, fumum, & sulphur vomentes: quod monstri genus ad viuum exprimit Hæreticos, quibus quasi equis Dæmones insident. Illud tamen multò videtur mirabilius, quòd potissimum in caudis potestatem exerent, eaque haberent in serpentina capita desinentes. Igitur cur potestas equorū in ore, & caudis sita fuerit, ratione reddit Diuus Gregorius lib. 33. Moral. c. 28. super illa verba capituli 41. quæ de Leuiathan intelliguntur: *Portas vultus eius quis aperiet?* quo loco D. Greg. per portas vultus Leuiathan Hæreticos intelligit, quia per ipsos tanquam per portas quisque ingreditur, vt Leuiathan in potestatis suæ principatu videat, sicut è contrario Doctores sacri portæ Sion appellantur. Deinde quod sequitur, *Per gyrum dentium eius formido*, de secularibus potestatibus Hæreticorum fausticibus interpretatur. *Quis*, inquit, *istius Leuiathan dentes*, id est, magistris Hæreticos, non despiceret, si non eos per circuitum potestatum secularium terror munitet: duplicem enim calliditate agunt. Etenim quod ab Hæreticis magistris verbis blandientibus dicitur, hoc à Principibus eorum faustoribus gladijs ferientibus imperatur: quæ utrorumque actio in Ioannis Apocalypsi breui est sententia comprehensa, quæ dicitur: *Potestas equorum in ore, & caudis eorum erat.* In ore namque Doctorem scientia, in cauda vero secularium potentia figuratur: nam per caudam, quæ retrò est, huius seculi postponenda temporalitas designatur. Isti ergo equi, id est, nequissimis prædicatoribus vbique carnalium impulsu currentibus in ore, & in cauda potestas est: quia ipsi quidem peruersa suadenda prædicant, sed temporalibus potestatibus fultis per ea, quæ retrò sunt, se exaltant. Hactenus Gregorius. A quo eandem rationem mutuati sunt Haymo, & Ansbertus in hunc locū, illud addentes idcirco caudas in serpentiū capita desinere, ad eisdem nimirò impios Principes exprimendos,

In Hæreticis  
tanquam in  
equis Dæmones  
insident.  
D. Gregorius  
lib. 41. f.

Hæretici secularium  
Principum  
potentia fultis.

Haymo.  
Ansbert.

mendos, qui dracones in sacris literis appellari consueverunt, veluti Ezech. 29. vbi ad Regem Egypti ita loquitur Dominus: Ecce ego ad te Pharaon draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: & Hier. 51. ex persona Hierusalem de Nabuchodonosor conquerentis: Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, reddidit me quasi uis inane, absorbit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea. Atque ex hac expositione illud obiter collige, quo loco habenda sint omnia temporalia, & ipsa orbis imperia, si quidem iuxta Gregorij sententiam, per caudas, quae retrō sunt, exprimuntur, ut virtuti, ac iustitiae postponenda intelligantur.

Secunda ratio est, quia Haeretici lubrici sunt, & tortuosi inftar serpentium, lubrici quidem, quia ubi caput immiserint, id est, initia decipiendi sumperint, sensim totum corpus insinuant haeresum suarum venenatae fundentes: tortuosi autem, quia non recta ingrediuntur. Quod ad primum attinet, hanc serpentis lubricam ad sese insinuandum naturam in serpente illo antiquo, quem in hoc ut in ceteris Haeretici imitantur, expendit D. Greg. lib. 17. Mor. cap. 18. super illa verba capitis 16. spiritus eius ornauit calos, & obstrictante manu eius eductus est coluber tortuosus. Quis, inquit, colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostis? serpens quippe non solum tortuosus est, sed etiam lubricus, quia sua gestioni eius si primo non resistitur, repente totus ad interiora cordis, dum non sentitur, illabitur, sed obstrictante manu Domini tortuosus coluber de propriis caernis expulsus est, quia dum nobis Diuina gratia mactetur, u qui nos tenuerat, antiquus hostis eicitur, iuxta illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eicitur foras: dum enim corda infidelium tenuit, quasi manum ad latibula serpentis misit, quem admodum cecinit Esaias cap. 11. Delectabitur infans ab ubere super formamine aspidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, mittet manum suam. Quod uero ad obliquitatem spectat, manifestum id est, ex cap. 27. Esaiæ, cum dicitur, Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem uictum, & super Leuiathan serpentem tortuosum. Vbi primum aduerte ex D. Hieronymo uictum appellari Daemonem, siue claudentem, quod genus humanum tanquam uictis quidam fetreus carcere concluderit, suaeque potestati subiecerit. Cur autem simul appellatur tortuosus, explicauit D. Basilus in Psalm. 32. super illa verba. Rectos decet collaudatio. Serpens, inquit, qui ad peccatum nobis inceptor fuit, obliquus dicitur, & in serpentem draconem obliquus Dei ensis apud Esaiam inducitur, quoniam multas spiras, & inuolucra facit in timere: serpentis namque tractus inaequaliter per humum serpit. Itaque qui serpentem imitatur, inaequalem etiam suam re ipsa exprimit uitam, sicut qui è diuerso vestigia Dei sequitur, rectas semitas: rectaque pedum vestigia facit: quoniam rectus Dominus Deus noster, & rectitudinem, siue aequitatem uidit uultus eius.

Sed cur equorum caudae in capita serpentium desinunt? Richardus de S. Victore eam rationem affert, quoniam improbi dum nequeunt aperta persecutione nocere, per occultam, & fraudulentam simulationem nocendi sumunt initia. Lulculentio rem adhuc reddit Ioachimus. Quia, inquit, cum putantur ab inferendis malis quiete, tunc ex insperato deteriora mala committunt, & ita cauda eorum, id est, finis precedentium malorum in capita desinunt, id est, in ista futurorum. Id quod expressum est Iob cap. 6. ubi de Dauid dicitur. Inuoluta sunt semita gressuum eorum, quia uidelicet improbi, & nefarii homines alia mala in alia replicant, quemadmodum exponit D. Greg. lib. 7. Mor. cap. 1. Omne, inquit, quod inuoluitur, in semetipsum replicatur. Bene ergo de reprobis dicitur. Inuoluta sunt semita gressuum eorum: quia ad consueta semper mala replicantur, & quasi extra se tōnā ad semetipsum per circuitum redeunt: quo pertinet illud Psalm. 11. In circuitu impij ambulans. Etenim circulus in quolibet puncto, quod designaueris, & finitur, & incipit.

II.  
Haeretici lubrici, & tortuosi.

Iob 26. 13.  
D. Gregor.

Ioan. 12. 31.

Esai. 11. 8.

Esai. 27. 1.

D. Hieron.

D. Basil.

Psalm. 32. 2.

III.

Rich. Vict.

Impiī fraudulentē nocent.

Ioachimus.

Iob. 6. 18.

D. Gregor.

Psalm. 11. 9.